conſtantiū deſtinatis ⁊ de nefādā
machinacōe ɔtͣ eos ab ſtephāo
ātiocheno pſule ɔcīnata. Ca. xxvi
¶ Epl'a ɔſtācij ad athanaſiū ut
ad eū veniret. ¶ Ca. xxvij.
¶ Alia epiſtola eiuſdem pro ea
dem re. ¶ Capitulū. xxviij.
¶ Tertia eiuſdē. ¶ Ca. xxix.
¶ Epiſtola iulij pape ad alexādri
nos p athanaſio. ¶ Ca. xxx.
¶ Quid cōſtanti⁹ petierit athana
ſiū ⁊ qd athanaſi⁹ a cōſtātio. ⁊ q̄
mō orthodoxis epīs recipiētib⁹ ſu
as ecclīas hētici ſūt expulſi. xxxi.
¶ Epl'a ɔſtācij p quē oīa geſta cō
tra athana. hita ſūt ceſſata. xxxij.
¶ Epl'a cōſtācij ad alexādrinos
ut ſuſciperēt athanaſiū .xxxiij.
¶ Epl'a ɔſtācij p athanaſio ut a
bolerēt q̄cq̄d p eo geſtū ē. .xxxiiij.
¶ Quō athanaſi⁹ alexādriā ſit re
uerſurus. ¶ Capitulū. xxxv
¶ Quib⁹ occaſioib⁹ tūc res publi
ca turbabat ⁊ de viſione antioche
ni populi p xpē fidē. ¶ Ca. xxxvi.
¶ Epl'a iheroſolimitani cōcilij ad
egyptiacos epōs. ¶ Ca. xxxvij.
¶ De magnēcio tyrāno ⁊ de betra
nione atq; nepociano. Ca. xxxviij
¶ De inſidijs ɔtra athanaſiū ge
ſtis ⁊ de leuitate ɔſtācij. Ca. xxxix.
¶ De macedonio eiuſq; crudelitate.

¶ Expliciūt capitula.

¶ Incipit liber quart⁹ Zo
zomenes.

¶ Capitulū primū.

IGitᵉ ſub īperio Cōſtantini p ecclīas
Italia puenerit. Quo moriente rur
ſus ad ɔtrimoniā venit dogma ni
ceni ɔcilij. Nā licet viuēte ɔſtātio
nō id oēs ſuſciperēt. tñ apte rēnu
ere nō audebāt. Quo moriēte p li
rimi abeo ſe īdubitāt ſe abſtinuē
ɔcilio. Erāt eñ iſti q̄ p̄mit⁹ etiā vi
debant eē ſuſpecti. p̄cipue vō arrij
ſectatores euſebi⁹ ⁊ theogni⁹ Cui
us dogma ſe firmare credebant ſi
reūti athanaſiū phiberēt ⁊ ɔſecta
tori ſuo egyptiace dyoceſ iura cō
traderēt. Et hec q̄dē illi agebāt. mi
niſtrāte ſibi pſbitero: p quē ɔſtāti
ni tpib⁹ arri⁹ fuerāt ēuocāt⁹. Erat
eī is pſbitᵉ ɔſtātioq; gt⁹. eo q pa
ternū ei ſuaueāt teſtamētū. ita ut
uſq; ad p̄ncipē palacijq; potentes
hēret acceſſū. Euſebi⁹ āt i aula im
piali videbatᵉ ita pſpicu⁹ ut ſuos
ɔſectatores facēt auguſti ptes.
Quā ob rē de dogmate rurſū p̄ua
tīa publice diſputacōes crebro p
ferebantᵉ. ſimulq; iīurie. inimicicie
⁊ plurima q̄ ex talib⁹ ſolent ſepi⁹
euenire.

¶ Capitulū. ij.

INterea ab occidentali parte atha
naſius in alexādriam ē reuerſus:
quem etiam conſtantinus viuēs
redire mandauerat. Dicitur autē
quia etiam teſtamento voluit hoc
conſcribere. ſed quoniam ipſe ita
defunctus eſt. eius maior filius
conſtantinus heſperiarum parti
um princeps hoc egit. litteraſq;
huiuſmodi ad populum deſtina
uit alexandrinum Conſtantinus

ceſar populo eccleſie catholice ale
xandrie ↄſtituto. Neq̧ veſtram ſa
cratiſſimã mentem arbitror igno
rare. ꝓpterea athanaſiũ adorande
legis predicatorẽ ad tempus gal
lijs fuiſſe directũ q̃uiaꝫ ferocitas
crudelium inimicoꝝ eius in p̄iculo
ſacri capitis illiꝰ imminebat ne for
ſan per malignoꝝ calliditateꝫ ali
quid incongruũ ſuſtineret. Vt gͦ
hoc euitaret ab imminẽtibꝰ ſibi ne
ceſſitatibꝰ eſt ablatus ⁊ ita me in
tente habitare preceptꝰ ẽ vt ĩ hac
ciuitate ĩ qua degebat bona ei ne
ceſſaria nõ deeſſent. Talis enĩ eiꝰ
ẽ venerabilis virtus diuinis freta
ſolacijs vt etiã moleſtias aſperio
ris fortune deſpiciat. Qua ꝓpter li
cet ad cariſſimã reuerentiã veſtrã
dominꝰ nr̄ beate memorie ↄſtanti
nus pius meꝰ pater eundẽ epiſco
pũ ſuo loco reſtituere ꝓpoſuerit ta
mẽ qm̄ humana ſorte preuẽtꝰ an
teq̃ hec compleret vota requieuit:
ↄſequẽs arbitratus ſum volunta
tem diue memorie imperatoris im
plere. Qui dum ad vos remeauerit
qualem a me venerationẽ habue
rit agnoſcetis. Nõ enĩ mirabile. ſi
quid in eo geſſimꝰ qd laudẽt. Me
am nanq̧ animã ymago deſiderij
veſtri ⁊ ſcema tanti viri ad hͦ mo
uit ⁊ inuitauit. Diuina ꝓuidẽcia vos
cuſtodiat fratres.

Capitulũ .iij.

His litteris fretꝰ athanaſi
us alexãdriã venit. libent
q̧ eũ plebs alexãdria ſu
ſcepit. Arriani vero coniuracione
facta aduerſus eum frequentes ſe
diciones ſubinde ſuſcitabant: per
quas occaſio prebebatur euſebio
vt derogaret ei apud imperatorẽ.
quoniam non decernente commu
ni concilio epiſcoporum auctorita
te ſua corrupiſſet eccleſiam tantũ
q̧ hijs derogacõnibus actum eſt
vt indignante imperatorẽ de alexã
dria vrbe proijceretur. Eo dẽ tempo
re Euſebio moriente epiſcopo ceſa
rie paleſtine cognomĩto pamphi
li. agapiꝰ diſcipulus eius ſuſcepit
epiſcopatũ. Qui ⁊ alios plurimos
edidit libros ⁊ de vita doctoris ſui
multa ↄſcripſit.

Sozomenꝰ Capitulũ .iiij.

Non multo poſt tẽpore ⁊ cõ
ſtantinꝰ cõſtãtini maioris
filiꝰ dũ mitit inuadere par
tes minoris fratris ↄſtãtis circa a
quileiam cõgreſſione facta perimi
tur. conſulatu acindimi ⁊ prothi.
Quam ob rem romani imperij prin
cipatus orientaliũ partium perue
nit ad conſtantẽ. orientalis autẽ
ad conſtantiũ.

Theodoricus. Capitulũ .v.

Igitur tempore quo ↄſtan
tinꝰ ad perhenne trãſiuit
imperiũ. teſtamento filijs
tẽporale diſtribuens regnum. nul
lus enĩ eoꝝ preſens erat. preſbite
ro a ſororẽ ꝓpria ſibimet ↄmẽdato
ſuum cõdidit teſtamentum preci
piens eum conſtancio dari. qui in
ter alios videbatur eſſe vicinior ⁊
prius venire poſſe credebatur.
Hic iſte conſtantio factus notus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tradito teſtamēto accepit ad eum
ingrediendi fiduciā. Qui vidēs fa
cilem ꝯſtancij voluntatem. ⁊ velut
calamū ventis agitantibꝰ agitari.
preſumpſit contra euāgelica dog
mata bellū aſſumere. ⁊ aduerſus
eccleſias aſperrimā erigere tempe
ſtatē. Dicebat eni culpabiles qui
ꝯſubſtantialitatis vocem que ſcri
pta nō inueniētur in fidei doctrina
poſuiſſent. q̄ int̄ ſacerdotes ⁊ eos
diſcordiā generaret. Hinc ergo a
thanaſiū ⁊ eiꝰ ſectatores accuſās
inſidias inſtruebat. Huiꝰ coopeā
tores erāt euſebiꝰ ⁊ theognius. ⁊
theodorus perinthius qui eloquē
tior eē videbatur. ⁊ ſcripſit expla
nationes euāgelioꝝ: quē plurimi
heraclionē vocant. Iſti nāq; ſepiꝰ
videntes imperatorē reuerſionem
athanaſij tractantē multoꝝ cām
aſſerebāt eē maloꝝ. ⁊ nō ſolū egy
ptū. ſed etiā paleſtinam ⁊ fenicem
vicinaſq; gētes eius grā dicebāt
eē turbatas. Proinde hmōi verb
leuiſſimā obſidentes imperatoris
intentionē. ſuaſerūt vt athanaſiū
ruꝛſus ab eccl̄ia expelleret. Qui ag
noſcens eoꝝ ꝯſilium ad partes he
ſperias abijt.

Capitulū. vi.

Verū euſebiꝰ eiuſq; ꝯſortes
calumnias cōtra athana
ſiū factas: iulio romano
pontifici deſtinauerūt. Qui eccleſia
ſticā ſeqn̄s legē: etiā ipſos romā
venire p̄cepit ⁊ venerabilē athana
ſiū ad iudiciū regulariter euoca
uit. Ille continuo euocatōne ſuſce
pta venit. Calumniaꝝ vero ſarcina
tores romam quidem profecti non
ſunt. ſcientes facile ſuum capi poſ
ſe mendacium. ſed videntes oues
paſtore deſolatas. lupū ſuper eas
pro paſtore conſtituerūt. id ē gre
goriū. qui ſex annis beſtijs feroci
bus vſus crudelius penā malitie
ſue ſoluit ab omnibꝰ amariſſime
laniatus.

Capitulū. vij.

Athanaſius autē veniens
ad conſtantē. poſtq̄ ꝯſtā
tinus iunioꝛ fueāt bello de
functꝰ arriane cohortis cū gemitu
referebat inſidias ⁊ bellum cōtra
apoſtolicam fidem geſtū. patriſq;
eius nomen maximiq; concilij ab
illo celebrati memorabat. et quo
niam cōmuni lege ſynodus robo
rata videretur. Hec inſinuando cū
lacrimis ad paternū zelum excita
uit imperatorem. Mox nāq; vt hec
audiuit. mandauit fratri monēs
vt paterne pietatis inuiolabilem
cuſtodiret hereditatem. cum ⁊ ille
pietate gubernando regnum ⁊ ro
manorum tyrannos eiiciſſet. et
gētes poſitas in circuitu ſubiugaſ
ſet.

Socrates.

Capitulū. viij.

Ea ſiquidem tempeſtate cō
ſtantinopolim altera prio
re ſuperioꝛ turba ex huiuſ
modi cauſa proceſſit. Alexander
cōſtantinopolitane preſul eccleſie
poſt decertacionem cum arrio ter
minatam ex hac vita ipſe receſſit



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

anno epat9·xxxiij·vite·xc·viij·nl
lumq; ɔſtituit in ſuum locū·ſ; mā
dauit vt vnū e duobus quos ipe
nominaret eligerent·Et ſi quidem
vellent docibilē ſimul ⁊ vite opti
me teſtimonio decoratum paulū
a ſe preſbiterum ordinatum·virū
etate quidem iuuenem·ſed ſapiē
cia ſenem·epiſcopum ſibimet or
dinarent Si vero ex habitu ſolum
modo reuerētie eligere vellent·ma
cedonium tunc facerent tūc dyaco
num exiſtentem: qui ⁊ etate ſenior
videretur·Ex hac cauſa maior intē
tio ꝓ epiſcopi ordinacōne ſurrexit
eccleſiamq; turbauit·cum popul9
vtiq; in duas partes diuiſus eēt·
alijq; defenderent arrianū dogma
alij vero niceni decreta concilij·Igi
tur donec alexāder viueret·omou
ſiani pociores erāt arrianorum·q̄
illi quotidie conuicti minuebant·
Cum vero alexander obiſſet·contē
cio rurſus ex vtraq; parte commo
ta ē Quapropter omouſiani pau
lum ordinauere pontificem·arria
ni vero macedonium·Et in eccleſia
quidem herene cognomine que ē
vicina iuxta baſilicā ſophiā pau
lus eſt ordinatus: in quo pocius
alexandri ſentēcia plata videbat·

Capitulū·viij·

Post paululū autē tēpus
imperator ad cōſtātinopo
lim veniens indignabat
ob ordinacōnē factam arrianorū
epiſcoporū·cōſtitutoq; cōſilio pau
lum quidē remoueri fecit·euſebiū
vero migrans ex nicomedia cōſtā
tinopolim epiſcopum eſſe decreuit
Quo facto ātiochiam ꝓfectus eſt
imperator·Euſebi9 itaq; nullo mō
ceſſare patiebatur·ſed omnia com
mouebat donec ſuū ꝓpoſitum per
duceret ad effectum·Egit ergo vt i
ātiochia ſyrie ſynodus fieret·ſb
occaſione quidem dedicacionis ec
cleſie quā pater auguſtorū fabri
cari ceperat ⁊ poſt eius obitum cō
ſtantin9 decimo anno eam a tēpoē
fundacōnis expleuerat·pro verita
te autem ad ſubuerſionē atq; de
ſtructionem niceni ɔcilij·Ad quā
ſynodū ɔuenerunt ex ciuitatibus
diuerſis epiſcopi nonaginta·Ma
ximus autem iheroſolimitan9 ma
charij ſucceſſor nō affuit cogitans
q; poſſet ei ſubripi·vt in dānacio
ne ſubſcriberet athanaſij·Sz neq;
iulius interfuit·neq; in locum ſuū
aliquē deſtinauit·cum vtiq; regu
la eccleſiaſtica iubeat nō oportere
preter ſententiam romani pontifi
cis concilia celebrari·Fit ergo ſy
nodus antiochie ſub preſencia cō
ſtancij principis·cōſolatu marcel
li et probini·Erat autem quintus
annus mortis conſtantini patris
auguſtorum·preſidebat atq; tunc ec
cleſie ātiochene flacillus ſucceſſor
eufronij Fautores igit̄ euſebij ope
re iudicantes derogare athanaſio
primum quidem calumniati ſunt
quaſi extra regulam egiſſet quā
tunc ipſi decreuerant·quoniā non
ex ſententia cōmunis concilij epi
ſcoporum recepit ſacerdotium·ſed
ſibimet arrogando in eccleſiam

fuiſſet ingreſſus· deinde quoniam
eius aduētu turba generata pluri
mi ſediciōne ſint mortui ⁊ quia ali
qui ab athanaſio ceſi iudicib⁹ di
cerentur eē ↄtraditi· Hac derogati
one tūc habita cōſtituerūt epiſco
pum in alexādria· primo quidē eu
ſebium cognomēto emiſenū Quo
ordinato ⁊ in alexandriā ire metu
ente· gregoriū fecerunt epiſcopū·
Hiis itaqꝫ geſtis transformauerūt
fidem· nihil quidem culpātes nice
ni concilii· ſed principiū pretēdētes
quatinus frequētib⁹ cōciliis alia
ſubinde mutantes ⁊ recitantes ter
min⁹ fidei paulatim in arrianā ve
ſaniā repedaret·

## Epiſtola concilii antiocheni de fide·

## Capitulū· x·

Nos neqꝫ ſequaces arrii fui
m⁹ quō eni epiſcopi pſbi
terū ſeqremur· neqꝫ aliā
quāpiā fidē abſqꝫ expoſita āntiqui
tus ſuſcepim⁹· ſed etiā nos exami
natores ⁊ cognitores eius fidei facti
ſumus· ⁊ iudicauim⁹ poti⁹ q̄ ſecuti
ſum⁹· Didicim⁹ eni ab inicio crede
re in vnū deū omniū· deū vniuerſo
rū intelligibiliū ⁊ ſenſibiliūqꝫ crea
torē ⁊ puiſorē ⁊ in vnū filium vni
genitū ante omnia ſecula exiſten
tem· ⁊ cū ſuo genitore manentē: p
quē ⁊ oīa facta ſūt· viſibilia ⁊ inui
ſibilia· ⁊ qui in nouiſſimis tēpib⁹
p bonā voluntatē patris deſcendit
⁊ ex ſancta virgine maria carnē aſ
ſūpſit· ⁊ omnē volūtatē ſui patris
adimpleuit· paſſus eſt ⁊ rēſurrexit
⁊ in celos aſcendit ⁊ in dextera pa
tris ſedet venturus iudicare viuos
⁊ mortuos· ⁊ rex permanet in eter
nū ⁊ deus· Credimus ⁊ ſpiritum ſā
ctū· Si adiiciendū eſt· credimus ⁊
de carnis reſurrectōne· ⁊ vita perpe
tua· Hec in p̄ma ſcribentes epiſto
la ciuitatib⁹ dirigebāt· Sed poſt
paululū aliam in antiochia dicta
uerunt· Eodem tēpe etiā rem
publicā ↄtigit valde turbari· Gēs
nāqꝫ frācoꝝ circa gallias ↄſtituta
romanis erat infecta Tūc eni etiā
terre mot⁹ maximus in oriēte fact⁹
eſt· ⁊ p̄cipue in antiochia āno iu
giter eſt ↄmota·

## Capitulū· xi·

Interea gregoriū deducebat in ale
xandriā ſyrian⁹ magiſter militū·
⁊ cū eo armati milites numero· v·
milia: quib⁹ etiā aderāt arrii ſecta
tores ibi morātes· Sed quomodo
athanaſi⁹ eccleſia pulſus ne cape
retur effugit arbitror eſſe dicēdū
Erat enim veſpera ⁊ popul⁹ in vigi
liis obſeruans· ſperabaturqꝫ futu
ra collectio· Inter hec venit magi
ſter militum ⁊ circa eccleſiam cipe
cohortes ſuos milites ordinauit·
Athanaſius autem videns que fi
ebāt· cogitauit ne propter ſe vlla
leſio populo prouemret· ⁊ precipi
ens dyacono vt compleret oracio
nem· rurſuſqꝫ pſalmum fecit imponi
Dumqꝫ conſonācia pſalmodie ce
lebrarētur· per vnam ianuam eccle
ſie egredicbātur omēs· Quo facto

milites quidem ſine ↄmotione ſte
terunt. Athanaſius autē inter me
dios pſallentiū illeſus abſceſſit ꝛ
hoc modo fugiens romā ꝑfectus ē
Porro gregorius tunc alexādrine
preſedit eccleſie. Alexādrinorū ve
ro plebs nō ferens quod geſtum
erat. eccleſiam que dyoniſij nūcu
patur incēdit.

¶ Capitulū. xij.

EVſebius autē miſit lega
tionē ad iuliū romane vr
bis epiſcopū: rogās vt cō
tra athanaſiū iudex eſſꝫ. Sed que
de athanaſio decreuerat iulius eu
ſebius nō occurrit agnoſcere. quia
dum paucū tempꝰ vixiſſet poſt cō
ciliū vita priuatus eſt. Quapꝑter
ↄſtantinopolitani rurſus in eccleſi
am paulū introduxerūt. idem ꝛ ar
riani in eccleſia que nūc dicitꝛ pau
li ordinauere macedoniū. Et hoc ge
rebant fautorēs euſebij ſucceſſoreſ
q; preſūpcōnis idem theognius ni
cenus. maris calcedonēſis. theodo
rus heraclieꝛ reliqui. Sed vrſaciꝰ
ꝛ valens heretici. poſtea libellū pe
nitencie iulio offerētes epiſcopo ꝛ
cōſentiētes ↄſubſtantialitatis ver
bo ↄmunicare meruerūt.

¶ Capitulū. xiij.

INterea ꝓpter macedoniū ingens ꝓ
liorū flāma ſurgebat. ꝛ inteſtinū
bellū chriſtianorū in ciuitate mul
ti ſāguinis effuſione pullulabat.
Quod dum audiſſet ↄſtantinꝰ impe
rator antiochia poſitus. hermoge
ni magiſtro militum thraciarum
iniunxit. vt paulum eccleſia pelle
ret. Qui conſtantinopolim veniens
maximas turbas egit. cogens vt
pelleretur epiſcopus. factaq; ſediti
one populus erat preparatus ad
vltionē. Cūq; hermogenes iniſte
ret vt militari manu expelleret pau
lum. acceſus populus vt fieri ſolꝫ
in talibꝰ irracionabiliter ei reſiſte
bat. eiuſq; domū incendētes ipſum
q; trahentes interemerunt. Hec ge
ſta ſūt cōſulatu conſtācij tertio. ꝛ
ſecūdo ↄſtantis. Quo tempore con
ſtans quidem francos romanorū
ſubiecit imperio. Conſtācius autē
de interitu hermogenis agens ab
antiochia vero diſcedēs ↄſtantino
polim venit. ꝛ paulum quidem ex
pulit ciuitate. vrbe vero damna cō
cuſſit. auferens ei frumēti a ſuo pa
tre collati vltra quadragita milia
modiorū que quotidie frangebā
tur. Nam pene octuaginta milia ꝑ
dies ſingulos vrbe alexādrina mit
tente primo miniſtrēbantur. Hoc
itaq; facto macedoniū diſtulit ſta
tuere vrbis epiſcopum. Iraſcebatꝛ
enim ꝛ aduerſus eum non ſolum
quia preter eius voluntatē fuerat
ordinatus. ſed eciā quia propter
ſedicōnes inter eum paulumq; fa
ctas plurimi ſimul ꝛ magiſter mi
litum fuerat interēptus. Dimittēs
ergo eū miſſas facere in eccleſia ſo
lū in qua fuerat ordinatus. denuo
eſt ꝑfectus in antiochiā.

¶ Capitulū. xiiij.

ARriani preterea gregoriū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

remouētes ab alexādria tāq̄ odi
bilez. ⁊ quia ꝓpter eum factum fu
iſſet incendiū. necnō ⁊ quia min⁹
eoꝝ fouebat errorez. euocauerunt
georgiū capadocē arriane veſanie

## Zozomenus.

### Capitulū. xv.

Igitur athanaſi⁹ relinquēs alexā
driam romam ꝓfectus eſt. Cōtigit
autem eodē tempe etiā paulū con
ſtantinopolitanū pontificem illic
vna ↄcurrere. ⁊ marcellū anchyē
⁊ aſclepiū gaze. Qui dū arrianus
eſſet aduerſus inſcripcionez paſ
ſus ab hijs quaſi ſbuertiſſet alta
re damnatus eſt: pro quo gazeoꝝ
ecc̄ia quinciano ↄmittitur. Lucia
n⁹ aūt hadriopolitis epiſcop⁹ ob
aliam accuſacōnē ecc̄ia ſua priua
tus in vrbe roma degebat. Cogno
ſcens ergo roman⁹ epiſcopus cri
mina ſingulorꝝ ⁊ omnes in niceno
cōcilio concordare ↄperiens eos i
ↄmunione ſuſcepit tanq̄ omniuz
curam gerens propter ſedis ꝓprie
dignitatē. ſingulisq̧ reddidit ſuas
eccleſias. ⁊ orientalib⁹ ſcripſit epi
ſcopis: culpās quia non recte tra
ctaſſent viros inculpabiles de ſuis
eccleſijs expellentes ⁊ ↄſtituta nice
ni concilij minime conſeruarent.
Quorꝝ paucos ad certam diē ſibi
met adeſſe precepit. vt coram eis
oſtēderet iuſtū ſe ſuper eos protu
liſſe decretum. ⁊ de cetero nō ſe paſ
ſurꝝ interminatus ē. niſi ab huiuſ
modi turbis ⁊ nouitate ceſſarent.
Et ille quidez hec ſcripſit. Athana
ſius autez ⁊ paulus epiſtolas iu
lij orientalib⁹ direxerūt epiſcopis
⁊ ſinguli eorum ſedes ſuas adepti
ſunt.

### Capitulū. xvi.

Uerum pontifices oriētis grā
uiter hoc ferentes. ⁊ in an
tiochiaz ↄgregati iulio re
ſcripſerunt epiſtolaz. ornato quī
dem ſtilo compoſitam. yronia vero
maxime plenaz. ⁊ nō ſine intermi
nacionis qualitate confectā. Fate
bātur enim circa omnes romano
rū eccleſiam eſſe munificaz. veluti
que apoſtolicā haberet curā. ⁊ an
tiquitus mater pietatis exiſteret.
licet ab oriente ad eā p̄dicatores
dogmatis aduenissent. ſe vero nō
ꝓpterea ſecūdo loco habendos exi
ſtimabant. eo qđ nō magnitudīe
aut multitudine habūdarent ec
cleſiarꝝ cum vite qualitate nō cede
rent. crimini q̧ iulio importabant
eo q̄ athanaſij ſectatoribus com
municaſſe videretur. ⁊ tanq̄ eorū
concilio contumelias irrogaſſet.
eorumq̧ ſententiam deſtruxiſſet.
⁊ veluti iniuſtum eius factuz eccle
ſiaſticiſq̧ ſanctionibus diſſonās
arguebant. Hijs ita conſcriptis.
addiderunt quia ſi ſuſciperet iuli⁹
damnacōnem ab eis factam. ⁊ or
dinatos epiſcopos in damnatorꝝ
loco firmaret. pacem cum eo et cō
munionem haberent. ſi vero placi
tis eorūm ēſiſteret contraria cele
brarent. quippe cum oriētales epi
ſcopi non reſtitiſſent. dum noua
tus a romana pelleretur eccleſia.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de hijs auteꝫ que p̄ter cõmune
placitum de concilio niceno geſſe
rant. nihil ei reſcribere maluerūt.

Socrates.

Capitulū. xvij.

Hec itaq̃ orientales epiſcopi
Julio romano pontifici re
ſcripſerūt Cū vero athana
ſius alexandriā fuiſſet ingreſſus
cōpreſſio populi partis georgij q̄
illic fuerat epiſcopus ordinatus
vehemens facta eſt. ⁊ ex hoc dice
bant turbas ⁊ voces hominū pro
ueniſſe ⁊ huiꝰmodi crimina i atha
naſium velut auctorem ſceleris ĩfe
rebant. dum hec in certaminibus
frequenter euenirent. Ob quā cau
ſā ſabinꝰ macedoniane preſul here
ſeos athanaſiuꝫ frequēter argue
bat. Qui ſi cogitarent quāta mala
ↄtra athanaſiū ⁊ omouſianos ar
riani geſſerant. aut quāta cōcilia
ꝓpter eum celebrata ſunt. aut quā
ta contͣ omnes eccleſias macedo
nius hereſiarchꝰ geſſit. erubeſcēs
forte tacuiſſet.

Capitulū. xviij.

Conſtantinus igitur impe
ratori antiochia degens
cum audiſſet rurſus pau
lū cōſtantinopolitanaꝫ recepiſſe ſe
dem iratus ſacra ſua miſit ad phi
lippū qui tūc habebat maximā in
ter alios iudices poteſtateꝫ ⁊ poſt
p̄ncipē ſecundꝰ appellabatur vt
paulū de eccleſia pelleret ⁊ macedo
niū introduceret. Prefectus auteꝫ
philippus ſedicionē populi metu
ens: arte vſus eſt aduerſus pau
lum. ⁊ iuſſionem quidē p̄ncipis
celauit. Simulans auteꝫ publicū
ſe habiturum eſſe tractatū proceſ
ſit ad thermas vōbulo zeuſippas
ibiq̃ cū honore quaſi neceſſario vo
cauit paulū. Cumq̃ veniſſet repēte
prefectꝰ ſacra monſtrauit impera
toris. ⁊ epiſcopus quideꝫ illic iniu
ſtā ſententiā imperatoris patient̄
tulit. Porro prefectꝰ metuēs mul
titudinis impetū que ibi ↄuenerāt
ꝓpter timoris famaꝫ vnā feneſtraꝫ
thermaꝝ iuſſit aperiri: per quā ad
palatiū ductus paulus ⁊ miſſus i
nauim ad talia parataꝫ. velociter
ductꝰ eſt in exiliū Juſſitq̃ prefectꝰ
vt theſſalonice ſeruaretur ex qua
paulus fuerat oriūdus: quatinus
illic licent̄ viueret ⁊ in alijs illiricī
ciuitatibꝰ. nō tn̄ vt ad partes oriē
tis accederet. Hoc itaq̃ modo pau
lus inopinabiliter de eccleſia pul
ſus ē. Philippo autem a thermis
eunte ad eccleſiaꝫ. concurrerūt vni
uerſi omouſiani ſimul ⁊ arriani.
Cumq̃ prefectus cū macedonio ad
eccleſiam perueniſſet ⁊ populum ⁊
milites irrationabil̄ timor inuaſit
Dumq̃ eſſet nimia multitudo nec
poſſꝫ introire prefectus: milites ce
perunt populum violenter impelle
re. Et cum propter anguſtiam loci
recedere non valerēt. putantes eos
milites ſibi velle reſiſtere. euagina
tis gladijs in eorum necibꝰ graſ
ſabantur. Tunc ergo ſicuti fertur
pempti ſūt circa triamilia centum

⁊ quinquaginta· alij a militib⁹ in
terfecti· alij vero compreſſione ſūt
mortui· Hijs actis macedoni⁹ tāq̄
nihil mali gerens· ſed veluti mun
dus ⁊ inocēs a prefecto magis q̄
eccleſiaſticis regulis traditū ſibi
pcepit epiſcopatū· tantiſq̄ necib⁹
ipſe ⁊ arriani iura tenuerūt· Hoc
tempe imperator maiorē eccleſiā
fabricabat que nūc ſophya voci
tatur· ⁊ ē copulata eccleſie que di
citur herene: quā pater imperato
ris cū eēt pri⁹ modica ad pulchri
tudinē magnitudinēq̄ perduxerāt
que modo velut ſb vno circuitu cō
tineri noſcuntur·

## Capitulū· xix·

Interea contrā athanaſiū alia ma
chinacio fabricata ē· Eccleſie nāq̄
alexandrinorū pater auguſtorum
eroganda pauperib⁹ frumēta do
nauerat que dixerunt athanaſiū
vendere ⁊ ſuis vtilitatib⁹ applicare·
Qd ſentiens athanaſi⁹· latenter ef
fugit· Tunc igitur iulius romane
vrbis epiſcopus cognoſcens arri
anorū inſidias aduerſus athana
ſiū machinatas· poſtq̄ euſebij ſu
ſceperat litterās euocauit athana
ſium cum audiſſet locum vbi erat
abſconſus. Inter hec ſuſcepit ⁊ lit
teras egyptiorū epiſcoporū· aſſeren
tiū falſa eē que contra athanaſiū
dicebantur· Quo facto iuli⁹ reſcrip
ſit eis qui fuerāt antiochie cōgre
gati: culpās eos primū de iniurijs
litterarū· deinde cur eū ad ſuam ſy
nodū nō vocaſſent· canonib⁹ q̄ p̄
ce iubentib⁹ extra romanū nihil
decerni pontificē· inſuper quia late
ter corrumperent fidem· ⁊ quia ty
ri geſta per ſurrepcionem fuerint
arte compoſita· ⁊ quia contra ius
ex vna parte confecerint monimē
ta geſtorum· referens ⁊ falſitatem
de arſenio cōcinnatam· Epiſtolas
ipſas ponere propter faſtidiū lon
ge lectionis omiſi. Poſt paucum
itaq̄ tempus paulus a theſſaloni
ca ſimulans ſe habere iter ad cori
thum ytaliam peruenit ⁊ vna cum
athanaſio imperatori conſtanti a
ctus ſuos indicauerūt

Sozomenus·

## Capitulū· xx·

Imperator autem fratri ſuo conſtā
cio ſcripſit· vt aliquos orientaliū
epiſcoporū ſatiſfacturos pro quo
rundā racōne dirigeret· Quapro
pter eliguntur tres· narciſſus hei
nopolita cilix epiſcopus· theodo
rus heraclie· thracie· ⁊ marcus a
rethuſe ſyriace· Qui venientes yta
liam facta propria vindicabant·
nitentes imperatori perſuadere ori
entalis concilij iuſtam eſſe ſenten
ciam· Cunq̄ fidei ſue confeſſionē
exigerentur· antiochie quidē fidē
expoſitam celauerunt· aliam vero
conſcribentes confeſſionem obtu
lerunt· multū tamen a niceno con
cilio diſſonantem· Videns autem
conſtans iniuſte grauatos homi
nes nec crimina fuiſſe verā pro qui
bus dicebātur a cōmunione ſuſpē
ſi· ſed geſtum ꝑpt diſſonātiā fidei·



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum ſatiſfacere nequiuiſſent pro quo venerant. remiſit eos ad propria. poſt tres autem annos rurſum orientales epiſcopi occidentalibus aliam epiſtolam direxerunt quam multorum verſuum nominauere conſcriptionem. eo quod prior explicito eloquio confecta videretur. in qua de ſubſtantia quidem dei nullam fecere memoriam. Eos autem qui dicunt ex non exiſtentibus dei filium. aut ex alia eſſentia et non ex deo et quia fuerit aliquando tempus aut ſeculum quando non erat. abdicarunt. Porro eudoxium germanicie epiſcopum. martirium quoque atque macedonium portitores epiſtolarum occidentales noluerunt ſuſcipere ſacerdotes dicentes dogmata nicena ſufficere et nihil vlterius oportere tractari. Cumque conſtans a fratre petens vt athanaſius ſuam reciperet ſedem. reſiſtentibus hereticis nihil impetrare valuiſſet. tunc athanaſius et paulus adeuntes popoſcerunt fieri ſynodum eo quod pro defenſione rectorum dogmatum expulſi probarentur.

Theodoricus.

Capitulum. xxi.

QVod audiens conſtans ſcripſit fratri monens vt paterne pietatis inuiolatam ſeruaret hereditatem. cum et ille imperium gubernando et romanorum tyrannos eieciſſet. et in circuitu gentes barbaras ſubiugaſſet. His litteris motus conſtantius. precepit ſardice: que eſt ciuitas illirici et orientis et occidentis conuenire pontifices. Multe ſiquidem et alie paſſiones medicinam ſynodicam requirebant. Nam et paulum conſtantinopolitane vrbis epiſcopum pro rectis dogmatibus arriani ad periculum mortis vſque perduxerant tanquam ſedicionis auctorem et alia quedam adiecerant: que calumniatoribus ſunt amica que tamen tunc populus ſardice propter inimicorum inſidias duci non paſſus eſt. Paulopoſt autem defuncto conſtante: flectentes arriani leuiſſimam principis voluntatem. et a regia ciuitate pellentes paulum. eum ad ciuitatulam eucuſſenam que tunc erat capadotie. nunc vero ſecunde armenie migrauerunt. Sed non ſufficit in hoc cuncta turbantibus vita pauli mirabilis. licet in ſolitudine conſtituti. Mittentes enim miniſtros necis. eum morti violentiſſime tradiderunt. Et hoc beatus athanaſius refert in ſatiſfactione proprie fuge ita dicens.

Capitulum. xxii.

EPiſcopum namque conſtantinopoleos paulum perſequentes atque comperientes palam ſuffocandum eſſe cenſuerunt in eucuſſa capadotie auctoritatem habentes philippum prefectum. Erat enim hereſeos eorum tunc patronus et conſiliorum miniſter iniquorum Huiuſmodi enim per crudelitates blaſphemia arrii germinauit. vnigenitum namque inſaniunt miniſtri

preſumpcionum eius. Hoc itaqꝫ
modo paulo defuncto magis autē
ad celeſtia regna perducto. macedo
nium ſtatuerunt epiſcopum qua
ſi conſecratorē ſuum. quoniā; pri
me ſpiritui ſancto blaſphemabat
ſed paulo poſt expulerunt ⁊ eum
dum creaturam nō cōfiteretur eū
quem filium ſacre ſcripture dicūt
Quapropter reſpondendo illis he
reſis ꝓprie auctor apparuit conſub
ſtantialem quidē nec iſte patri fi
lium eſſe dicens. ſimilē tamē per
omnia genitori docens. creatū ve
ro ſpiritumſanctum aperte ꝯnomi
nans. Hec itaqꝫ nō multo poſt ſi
cuti diximus acta ſūt.

Socrates.

Capitulū. xxiij.

Undecimus itaqꝫ ānus erāt
patris duorum auguſto
rum. conſules autem tunc
fuere rufinus ⁊ euſebius: quando
celebratum eſt ſardicēſe conciliū
Ex heſperijs ergo partibus conue
nerūt epiſcopi quaſi trecenti: ſicut
athanaſius ait. ex orientalibꝰ ſex
⁊ ſeptuaginta tantummodo ſicut
ſabinꝰ dicit. Inī q̄s annumeraba
tur ⁊ ſcyās tanq̄ mariotis epiſco
pus: quem damnatores athana
ſij in epiſcopum huius prouintie
produxerunt. Excuſauerunt etē
ſe alij per infirmitatē corporis. alij
anguſtas indutias accuſantes. ⁊
ob hoc iuliū culpantes epiſcopū.
dum vtiqꝫ ante annū ⁊ ſex mēſes
ſynodꝰ fuerit predicata. ⁊ athana
ſius rome degeret expectans iudiciū
um ſynodale. Cū ergo ſardice cō
uemiſſent. orientales ad aſpectum
occidentaliū venire nolebant. dicē
tes nō aliter ſe ad verba venturos
niſi a ſuo collegio athanaſiacos ⁊
paulianos expellerent. Dumqꝫ ꝓ
togenis ſardicēſis epiſcopꝰ ⁊ oſiꝰ
cordube hyſpanie non paterent a
ꝯcilio remoueri ⁊ pauli defenſoēs
⁊ athanaſij. illi repēte diſceſſerunt
⁊ venientes ad philippolim tracie
ſeorſū fecere ꝯciliū. ⁊ aperte iam cō
ſubſtantialitatē anathematizaue
runt. ⁊ ſectā inequalꝭ ſubſtātie epi
ſtolis ꝯſcribentes vbiqꝫ miſerunt
Qui aūt in ſardice ꝯuenerāt. p̄mū
quidē hoꝝ damnare vſaniā. deīn
de accuſatores athanaſij dignita
te priuauerunt. ⁊ terminum fidei
nicene roborantes. ⁊ tractatum de
diuine ſubſtantie inequalitate re
ſpuentes ꝯſubſtantialitatē aperti
us tradiderūt. etiam ipſi vbiqꝫ ſcri
pta propria ipſi dirigētes. Ex vtra
qꝫ ergo parte recte ſe facere arbitrā
ti ſūt. orientales quidem eo q̄ a ſe
damnatos illi ſuſciperent. occiden
tales autem quoniam ante cogni
tionem damnatores effugerant.
⁊ quoniā hij quidem nicenā ſerua
bant fidem. illi vero eam adultera
ri preſumpſerāt. Reddiderūt ergo
locum paulo ⁊ athanaſio necnō
⁊ marcello ancyre galatie. q̄ dudū
ſicuti iā dictū ē fuerat ꝯdēnatus.

Theodoricus.

Capitulū. xxiiij.

Que vero ſardice geſta
ſunt mō concilia littere



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

clarius edocebunt: q̄s propē mo
dum explanacōnis huic ſcripturē
interponere non omiſi. Sancta ſy
nodus dei vera gracia ſardice con
gregata ex vrbe roma hyſpaniis ⁊
galliis. ytalia. cāpania. calabria.
affrica. ſardinia. pannonia. miſia
dacia. dardania. altera dacia. ma
cedonia. theſſalia. achaia. epiris.
tracia. rodope. aſia. caria. bithinia
helleſponto. frigia. capadocia. pon
to. cilia alterā frigia. phamphilia
lydia. inſulis cicladibus. egypto
thebayda. lybia. galatia. paleſti
na. ⁊ arabia. vniuerſis epiſcopis
⁊ comminiſtris ſācte ⁊ apoſtolice
eccleſie dilectiſſimis fratribus. in
domino ſalutem. Multa quidē ac
ſepius miniſtri arriane veſanie p̄
ſumpſerunt aduerſus dei ſeruos
⁊ rectam fidem cuſtodientes. Ad
ulteram nāq; doctrinam proponē
tes orthodoxos expellere conati ſūt
et intantum inſurrexerunt aduer
ſus fidem vt neq; auditus deo ama
bilium lateret imperatorum. Igit̄
gratia dei cōoperante etiā ipſi piiſ
ſimi principes ex diuerſis nos pro
uinciis ⁊ ciuitatib9 colligentes ſā
ctum hoc concilium in ſardicenſiū
celebrari vrbe preceperunt quatin9
ablata omni diſcordia ⁊ omni per
fidia procul expulſa ſola criſti pi
etas apud omnes inuiolate ſerue
tur. Venerunt enim orīētales epi
ſcopi a piiſſimis impeātoribus in
uitati precipue propter famā que
de cariſſimis noſtris fratribus ⁊
comminiſtris fuerat diuulgata ⁊

athanaſio alexandrino. ⁊ marcel
lo ancyre galatie ⁊ aſclepa gazeo
Forſan etiam ad vos ipſos detracti
ones huiuſmodi peruenerūt. quo
niam etiam noſtras aurēs ventila
re conati ſunt vt ea que contra in
nocentes referunt vera eſſe credan
tur. ⁊ iniqua hereſeos celetur opi
nio. ſed hec facere diutius permiſſi
non ſunt. Etenim preſul eccleſiarū
dominus pro hiis ⁊ pro vniuerſis
mortem ſuſtinuit ⁊ propterea aſcē
ſum ad celos nobis omnibus con
donauit. Dudum itaq; euſebius ⁊
maris ⁊ theodorus atq; theognius
vrſatius ⁊ valens ⁊ minophantus
⁊ ſtephanus ſcripſerunt iulio cō
miſtro noſtro eccleſie romane pō
tifici contra predictos conſacerdo
tes noſtros id eſt athanaſiū epi
ſcopum alexandrie. ⁊ marcellum
epiſcopum anchyre galatie. et a
ſclepam gaze. Scripſerunt quoq;
ex aliis pātibus epiſcopi teſtimo
nium perhibentes puritati atha
naſii cōſacerdotis noſtri. ⁊ ea que
ab euſebio. ⁊ a cōſectatoribus ei9
geſta ſunt nihil aliud q̄ꝫ menda
ciis ⁊ calumniis plena eſſe firmā
tes cum vtiq; euocati a cariſſimo ⁊
conſacerdote iulio ⁊ non occurren
tes ſicut ſcriptis eiuſdem iulii cō
probatur aperte videantur calum
niatores exiſtere. Nam ſi de geſtis
cōtra eos habitis preſumpſiſſent
non retardarent occurrere. Verū
tamen etiam ex hiis que fecerunt
i h° ſācto magno q; ↄcilio eorū ma
chinacō euident appet Venientes

enim in ſardicenſiū ciuitatē atq̧ videntes fratres noſtros athanaſium marcellum aſclepā. ⁊ ceteros ad iudicium accedere timuerunt ⁊ non ſemel in ſeculo. ſed eciam frequēter citati vocacionibus obedié noluerunt congregatis videlicet in concilio ozio longeuo. qui propter etatem atq̧ confeſſionē tantumq̧ laborem omni honore dignus apparuit ⁊ reliquis ſuſtinentibus ⁊ inuitantibus eos ingredi iudiciū vt qui contra abſentes cōſacerdotes diffamauerāt atq̧ conſcripſerant preſentes oſtenderent. Sed ſicuti prediximus euocati non venerunt: vt eciā in hoc calumniā propriam oſtenderent ⁊ quodammodo reſpuendo iudicium iſidias fuas ⁊ molimina proclamarent. Nā qui de ſuis dictis confidunt eciam ad faciem probare non refugiūt. Quia vero non occurrerunt nulli de eis ignorare confidimus. Et ſi forſā rurſus illic quicq̄ machinarivoluerunt. ſciāt omnes quoniā nihil habentes quo poſſint conſacerdotes noſtros arguere abſentibus detrahunt: preſētes effugiūt. Fugerunt enim kariſſimi fratres non ſolum propter calumniā aduerſus iſtos inſtructam. verum quia ſuos ꝑ diuerſis criminibus accuſatores occurriſſe viderunt. Proferebātur enim vincula ⁊ catene. venerant homines ab exilio ⁊ conſacerdotes necnon cognati pariter ⁊ amici eorum qui propter iſtos mortui dinoſcuntur. ⁊ q̄d eſt admirādum aderant epiſcopi quorū vnꝰ quidem catenas geſtabat ⁊ vincula quibus vinctus fuerat propter eos. alij vero eorum inſidijs mortē teſtabantur inflictam. quoniā ad tantam ſuperbiam ſūt perducti vt eciam epiſcopum occidere conarētur: quem niſi fuga liberaſſet obierat. Venit eciam conſacerdos noſter beatus theodolus fugiens eorum molimina: quibus fuerat iuſſus occidi. Alij vero gladiorum vulnera demonſtrabant ⁊ hec nō quilibet homines teſtabātur. ſed omnes eccleſie pro quibus hij qui occurrerunt ⁊ qui legacōne fungebātur inſinuabant violenciarum peſtes. armatos milites. populū cū fuſtibus. iudicum terrorēs. falſarū litterarum obiectiones. Lecte nanq̧ ſunt littere theognij contra cōnſacerdotes noſtros athanaſium: marcellum ⁊ aſclepā: vt eciam imperatores mouiſſe viderētur quas litteras dyaconi theognij vulgauerunt. Super hec autem virginū nuditates. eccleſiarum incendia. carceres contra conſacerdotes noſtros adhibitos: que omnia non preter niſi pro deteſtabili arrianorum hereſi commiſiſſe noſcuntur. Quiſquis enim eorū reſpuiſſet ordinacionem atq̧ communionem hijs neceſſario ſubdebatur iniurijs. Conſpiciētes igitur facinoroſorū āguſtias ꝯfuſi receſſerūt ⁊ vlteriꝰ nō valētes hec abſcōdere i ſardicēſiū venerūt vrbem vt per aduentū ſuū q̄ſi talia ſe nequaq̄ ꝑpetraſſe

monſtrarent. Videntes ergo qui
bus calumnias irrogauerāt ⁊ op
preſſos a ſe ſimul accuſatores ⁊ in
crepaciones pre oculis ſuis hatē
tes euocati ad iudiciū ingredi ne
quiuerūt athanaſio quippe ⁊ mar
cello ⁊ aſclepa noſtris conſacerdo
tibus fiducialiter agentibus ⁊ ni
mis ingemiſcentibus ⁊ imminen
tibus atq̄ prouocantibus eos et
promittentibus nō ſolum ſe calū
nias euidenter oſtendere. ſed etiaꝫ
que in eorū eccleſias deliquiſſent.
ſicut legitur de beatis apoſtolis q̄
nias pncipū nō timuerūt ſꝫ forti aīo
chriſti fidē verba ⁊ ſignis defenderūt
Illi vero tanto conſciencie terrore
conſtricti ſunt vt fugerent ⁊ per fu
gam ſuas calumnias aperirent. de
lictaq̄ſ ſua iudicij declinatione fate
rentur Et licet non ſolum ex priori
bus ſed ex iſtis malicia eoꝝ atq̄
calumnia pateſiant. tamen vt ne
q̄ per fugam occaſionem alterius
iniquitatis accipiant. curauimus
contra veritatem facta eorum moli
mina examinare. ⁊ hoc propoſito
ex hijs que geſta ſunt eos calum
niatores inuenimus. ⁊ nihil aliud
niſi aduerſus cōſacerdotes noſtros
inſidias inſtitutas. Nam arſeniū
quem dicebant ab athanaſio per
emptum. hic viuit ⁊ inter viuētes
commorari dinoſcitur. ex quo eti
am alia probantur eſſe conficta
Quia vero etiam calicem diuulga
uerunt fractum a machario atha
naſij preſbitero. teſtati ſunt qui de
alexandria ⁊ mareote venerant ni

hil tale fuiſſe geſtum. ſed etiā epi
ſcopi egypcij iutio conſacerdoti
noſtro ſcribentes valde firmabāt.
quia neq̄ ſuſpicio fuiſſꝫ huiuſmo
di. Proinde dixerunt monimenta
aduerſus eos fuiſſe confecta que
tamen probatum eſt ex vna par
te celebrata: in quibus vnus cate
cuminus inquiſitus ait intus ſe fu
iſſe quando macharius venerat
ad eundem locum. alter autem in
terrogatus dixit illuꝫ famoſiſſimū
ſquirā tunc egrotaſſe ⁊ in cella tūc
iacuiſſe. vt ex hoc appareat nihil
geſtum ex omnibus ſacramentis
eo q̄ catecumini intus fuiſſent. ⁊
ſquiras nō adeſſꝫ. ſed iaceret egro
tus. Is nāq̄ maligniſſimus ſqui
ras mētitus eo q̄ athanaſi9 quoſ
dam ſacros incendiſſet libros. il
lo tempore egrotaſſe declaratus ē
quando macharius ibi fuit. vnde
etiam ex hoc calumniator appaṙu
it. Denique pro huius calūnie mer
cede dederunt ſquire nomen epiſco
pi qui neq̄ preſbitˀ fuerāt aliqn̄do
Duo nāq̄ pſbiteri q̄ cū melicio ali
qn̄do degebāt. ⁊ poſtea a btō alex
andro epiſcopo ciuitatis alexādri
ne ſuſcepti ſunt. ⁊ cum athanaſio
conſtituti. teſtati ſunt nunq̄ illuꝫ
preſbiteruꝫ fuiſſe melicij. neq̄ ha
buiſſe meliciuꝫ in mareote preſbi
terum vel miniſtrum. ⁊ qui penit9
nunq̄ preſbiter fuit nunc eum ve
lut epiſcopum produxerunt vt eo
nomine in ſuis calumnijs terrere
viderentur auditores. Lecte ſunt
enim ⁊ littere cōſacerdotis noſtri

marcelli ⁊ inuenta euſebij ſimiliū
ꝙ nequicia. Nā ea que veluti que
rimoniaȝ faciens marcellus dixit
hec illi tanꝙ ipē confirmaret accu
ſauerūt. Hec ergo ſunt lecta ⁊ rꝫli
qua. et precedētes pariter queſtio
nes. relictaqꝫ huius viri fides inuē
ta eſt. Non enim ſancta Maria ſi
cut iſti firmabant dedit deo verbo
principium neqꝫ finem habere aſ
ſeruit eius imperiū. ſed regnū eius
ſine principio ⁊ ſine termino eē cō
ſcripſit. Aſclepas autem cōmini
ſter optulit monimēta antiochie
cōfecta ⁊ ſb̄ accuſatoruȝ preſētia iu
dicantiū epiſcoporū ſe oſtendit in
noxiū. Recte ſiquidē o kariſſimi fra
tres euocati frequēter obedire no
luerūt. recte quoqꝫ fugerūt Cōſciē
cia nāqꝫ ſua perterriti p fugas ſuas
calūnias indicauūt ⁊ que preſētes
accuſatores ſuper eis dixerāt etiaȝ
ꝓbauerunt. Ad hec autē etiā eos
qui dudū accuſati ꝓpter arrianaȝ
hereſim fuerant ⁊ proiecti. non ſo
lum ſuſceperunt. ſed etiaȝ in maio
rem ordinē poſuerunt. dyaconos
ad preſbiterium promouentes. p̄
ſbiteros ad epiſcopatum. non ob
aliud niſi vt impietatem ſeminarē
⁊ dilatare potuiſſent ⁊ fidei corrum
pere pietatem. Sunt autem horuȝ
principes euſebius. theodorus he
raclie. narciſſus nerodiadis cilici
e. ſtephanus antiochie. georgius
laodicie. acacius ceſaie paleſtine
minophantis epheſius. vrſacius
ſygidum myſie. valens myrſi pā
nonie. Iſti nanqꝫ conuenientes
cum orientalibus non ſinebant e
os nec in ſāctum concilium ingre
di nec omnino accedere ad eccleſi
am dei. Et venientes in ſardicam
conciliabula apud ſemetipſos p
loca ſingula faciebant ⁊ acta que
dam cum terroribus ɔcimabāt.
quatinus nihil penitus ad iudici
um perueniret neqꝫ poſſemus ſan
ctum celebrarē concilium. Hec om
nia cognoſcere potuimus a conſa
cerdotibus noſtris machario pa
leſtino. ⁊ aſterio arabie. qui cum
eis venerant ⁊ ab eorum perfidia
receſſerant. ne fierent pticipes eo
rū malicie ſicut ſcriptum eſt. Cum
ſācto ſanctus eris ⁊ cum peruerſo
peruerteris. Hij nanqꝫ ad ſanctum
concilium venientes violentiam
quam paſſi ſunt narrauerunt. ni
hil dicentes apud eos agi rectum.
inſuper adicientes quia dum eēnt
recte fidei prohibiti fuiſſent ab eis
ad hec loca venire ⁊ propter inter
minationem vix ab eis intercedere
potuiſſent. Ob hanc cauſam ſar
dice venientes in vna domo omēs
manſerunt. neqꝫ breui tempore a
ſe recedere patientes. Quia vero ta
cere non decuit nec ſine vindicta re
linquere calumnias. vincula. ne
ces. vulnera concimacōnes falſa
rum epiſtolarum. verbera. nudita
tes. virginum exilia. deſtructiones
eccleſiarum incendia. migracōnes
a minoribus ciuitatibus ad maio
res eccleſias. et pre omnibus ad
uerſus rectam veram fidem nunc
arrianam veſaniamqꝫ per eos

crudeliter inſurgentem ꝓpterea ka
riſſimos quidem fratres noſtros
⁊ comminiſtros athanaſiū alexā
drine ciuitatis epiſcopum ⁊ mar
cellū ancyre galacie. ⁊ aſclepā ga
ze. cōminiſtrantes chriſto innoxi
os ⁊ puros eſſe decreuimus. ſcribē
tes ad vniuſcuiuſq₃ parrochiam.
vt ſingulaꝝ eccleſiarum populi co
gnoſcētes ſui epiſcopi puritatem
eū ſe habere epiſcopū ⁊ ſperare co
gnoſcant. Eos autem qui in eorū
eccleſias ad inſtar luporū ingreſſi
ſūt. id eſt gregorium in alexādria.
baſilium in ancyra. quintianum
gaze. nec epiſcopos nominandos
nec chriſtianos. nec quālibet peni
tus cum eis habendam eſſe cōmu
nionē. nec eoꝝ litteras habendas
neq₃ ſcribēdum eis. Theodoꝝ vero
heraclie europe. ⁊ narciſſum nero
diadis cilitie. ⁊ acatiū ceſarie pale
ſtine. ⁊ vrſatium ſyg idum n ue.
valentem ex myrſis pannoīe. mi
nophantē ephesi. ⁊ georgium la
odicie. licet metuentes ab oriente
nō venerint. tamen eo quod a bea
te memorie alexandro ciuitatis a
lexādrine pontifice ſint damnati.
eo quod arrianos ſecum habeāt.
⁊ ꝓpter crimina eis illata generāli
eos decreto ſanctuꝫ ↄcilium epiſco
patu depoſuit. et decreuimꝰ eos nō
ſolū epiſcopos nō eſſe. ſed neq₃ cō
munionē cū fidelibus promereri.
Eos enī qui diuidūt a paterna ſb
ſtātia ⁊ diuinitate et alienant ver
bum a patre diuidi ab eccleſia ca
tholica cōuenit ⁊ eſſe alienos no
mine chriſtiano Sint igitur nobis
⁊ omnibꝰ anathema. eo ꝙ verbuꝫ
veritatis videātur eſſe cauponati.
Apoſtolicū nāq₃ preceptum eſt. ſi
quis vobis annunciauerit preter
qđ accepiſtis. anathema ſit. Hijs
ergo nullum ↄmunicare denuntia
te. nulla enim cōmunio luci ad te
nebras Vos pellite ꝓcul ab omni
bꝰ. nulla enī ↄcordia chriſti ad be
lial. Seruate vos fratres kariſſimi
vt neq₃ ſcribatis eis. neq₃ eoꝝ ſcri
pta ſuſcipiatis Studete ſimul ⁊ vos
fratres kariſſimi ⁊ comminiſtri. tā
ꝙ ſpiritu preſentes noſtro cōſilio
conſentire. atq₃ ſub ſcripcione ve
ſtra decernē: que ab omnibus vbi
q₃ cōminiſtris noſtris conſonan
tia vna ſeruentur Abdicamus au
tem illos ⁊ extra terminos catho
lice eccleſie procul abicimꝰ qui nō
affirmant quia deus eſt chriſtus
ſed aiunt verus deus nō eſt. quia
filius eſt. ſed verus filius non eſt
nec genitꝰ cū nō ſit ſimul et inge
nitus. Sic enim ſe intelligere natū
profitētur. quia ſic dixerūt. quod
natum eſt factum eſt. et quia cum
chriſtus ante ſecula ſit. debeſūt ei
principium atq₃ finem. qđ non in
tēpore. ſed habet āte ſecula. Porro
vipere ex aſpide arriana progreſſe
ſunt valens ⁊ vrſacius: qui glori
antur ⁊ nō dubitant ſe dicere chri
ſtianos. profitentes quoniam ver
bum ⁊ quoniam ſpiritus ⁊ vulnerā
tus ⁊ interfectus ⁊ mortuus eſt et
reſurrexit. quod q₃ cohors ſtudet
hereticorum diuerſas eſſe patris

⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti pronunciat
ſubſtantias . ⁊ eas eſſe diuiſas .
Nos autem hanc percipimus . ⁊
eruditi ſumus . hanc habemus ca
tholicam apoſtolicamq; tradicio
nem : ⁊ fidem atq; confeſſionem .
vnã eẽ ſubſtanciam nominantes
patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti . Et
ſi querant que ſit filij ſubſtancia
profitemur eam eẽ que patris in
dubitanter nunq̃ patrem ſine fi
lio neq; filius ſine patre fuiſſe cre
dentes nec eſſe poſſe quod eſt ver
bum ſpiritus ſanctus . Abſurdũ
nanq; eſt dicere aliquando fuiſſe
patrem ſine filio neq; nominari
nec eſſe potuiſſe . Etenim ipſius fi
lij teſtimoniũ . Ego in patre ⁊ pat
in me . ⁊ ego ⁊ pater vnum ſum⁹
Nullus noſtrum negat natum .
¶ Sed quibus natum . Omnia
enĩ omnibus que inuiſibilia ⁊ vi
ſibilia nuncupantur . Opifex ẽgo
eſt angelorum ⁊ archangelorum
⁊ mundi ⁊ humani generis . quo
niam ait . Omnium artifex docuit
me ſapientia . Et . Omnia per ip
ſum facta ſunt . Non enim ſemp
potuerat eſſe ſi ſumpſiſſet exordi
um . quoniam verbum q̄d ſemper
eſt nõ habet inicium . Deus autem
nũq̃m terminũ habet . Nõ dicim⁹
patrem filiũ eẽ neq; rurſum filium
patrem eẽ . ſed pater pater ẽſt . et
filius patris eſt fili⁹ Confitemur
virtutẽ eẽ filiũ patris . cõfitemur
verbũ dei patris eẽ preter q̄d nõ
aliud eſt . ⁊ verbũ verũ dei ⁊ ſapiẽ
ciam ⁊ virtutẽ . verum q; filiũ cre
dimus . ⁊ nõ ſicut ceteri filij nomi
nantur . ita filium dicimus . qm̃ illi
aut gratia generacõnis dij erũt . ã
eo quod digni fiant filij nũcupã
tur . neq; propter vnam ſubſtanti
am que eſt patris . ⁊ filij . Confite
mur itẽ ⁊ vnigenitum ⁊ p̄mogeni
tum . ſed vnigenitũ verbũ dicim⁹
q̄d ſemp fuit ⁊ eſt ĩ patre . p̄moge
niti aũt ſermonem hominũ; tũ
differt p̄ creatura cõmuni : quoni
am ⁊ p̄mogenitũ . a mortuis cõfite
mur vnum eẽ deũ . cõfitemur vnã
patris q; filijq; diuinitatẽ . neq; q̄ſ
q̃m negat aliqñ patrem filio mai
orem . ſ; propter aliã eſſentiã nõ
propter differentiam . ſed q2 ipm
nomen patris mai⁹ eſt filio . Hec
aũt illorum blaſphemia atq; corrup
tibilis interpretatio eſt . Hac gr̃a
eũ dixiſſe cõtendunt : ego ⁊ pater
vnũ ſumus propter concordiam
⁊ vnanimitatem . ſed reprobauim⁹
omnes catholici intellectum eorũ
fatuum ⁊ abiectum ſicuti mortaliũ
hominum . qui quoniam corripi
ceperunt offendentes diſcordare no
ſcuntur . ⁊ ad permutationes aſcẽ
dunt hoc modo diſtantiam ⁊ diſ
cordiam inter patrem deum omni
potentem ⁊ filium eẽ poſſe dicen
tes . q̄d abſurdũ eſt itelligẽ ⁊ ali
q̃tinus ãbitrari . Nos aũt ⁊ credi
mus ⁊ affirmamus . ⁊ ſic intelligi
mus quoniam ſacra ſcriptura lo
cuta eſt . Ego ⁊ pater vnum ſum⁹
propter eſſencie vnitatẽ . que eſt
vna ⁊ eadem patris ⁊ filij . ⁊ credi
mus ſẽp ſine p̄ncipio ⁊ ſine t̃mio

hūc regnare cum patre ⁊ non ha
bere nec tempus nec defectum eiꝰ
imperium quia semper est. nunꝗ̄
enim esse cepit ideoq̧ nec deficere
poterit. Credimus ⁊ percipimꝰ pa
raclitum spiritum sanctum quem
nobis ipse dominus promisit ⁊ de
stinauit et credimꝰ missum. sed is
passus nō est. sed homo quo indu
tus est quem assumpsit ex maria
virgine: qui pati potuit sicut mor
talis. deus autem immortalis est.
Credimus quia tercia die resurre
xit. non deus in homine. sed homo
in deo resurrexit. quez ⁊ obtulit pa
tri suo donū: quem vtiq̧ liberauit.
Credimus autem quia oportuno
tempore ⁊ de finito omnes. ⁊ de om
nibus ipse iudicabit Tanta siquī
dem eoꝝ stulticia ⁊ ita crassitudine
tenebrarum eoꝝ mens excecata ē
vt nequeant lumen cernere verita
tis nec intelligere: qua racione di
ctum est. vt ⁊ ipsi in nobis vnum
sint. Palā namq̧ est cur dixit vnū
quoniaz apostoli spiritum sanctū
dei acceperunt. sed tamen ipsi non
erant spiritus. nec aliquis eorum
aut verbuz aut sapiencia. aut vir
tus aut vnigenitus erāt. Sicut ego
inquit ⁊ tu vnū sumus. sic ⁊ isti in
nobis vnū sint Certissime igit̄ scri
ptura hoc diuina distinxit. in nob
inquit vnū sint. Nō ait sicuti nos
vnuz sumus ego ⁊ pater. sed disci
puli in semetipsis ꝯiūcti ⁊ copula
ti vnū sint. fide ⁊ cōfessione. in grā
⁊ pietate dei patris ⁊ domi salua
toris nostri concessione ⁊ caritate
vnum esse possint. Ex hijs litteris
agnoscitur ⁊ accusatorum calum
nia ⁊ priorum iniquitas iudicum
⁊ dogmatū vera salubritas. Non
solū enim diuina nos beati patres
docuere natura. sed etiā erudicōnē
dispēsacionis explanauerūt.:

## Capitulū. xxv.

Hec constans agnoscēs do
luit quidem leuitatem fra
tris inspiciens ⁊ infremu
it aduersus instigatores malorū.
⁊ imperatoris facilitatez ita decipi
entium. Duos autem epōs ex sar
dicensi concilio electos cū litteris
misit ad fratrē. cū qbꝰ ⁊ magr̄m
militū salianuz pietate iusticiaq̧
fulgentez. Littere vero nō solū mo
nicionē habuerūt atq̧ ꝯsiliū sed
etiam interminationē pio pn̄cipi
decentem. Primo quidē enūciauit
fratri vt episcopis preberet audi
tuz ⁊ iniq̄tates ab stephāo alijsq̧
presūptas agnosceret. necnon ⁊ a
thanasiuz gregi ꝓprio restitueret.
Patefacta quippe calūnia priscoꝝ
iudiciū iniquitate ⁊ crudelitate reue
lata adiecit q̄ nisi vellet qd iustū
est facere ipse ad alexandriā pge
ret ⁊ athanasiū ouibus desideran
tibus restitueret inimicorumq̧ ca
teruas procul expelleret Hanc au
tem epistolam constantius in an
tiochia suscipiens ꝓmisit se factu
rum que qualitas temporis āmue
bat. Sed in hijs perterriti veritatis
impugnatores nefandissimū ma
chinati sūt scelꝰ. Applicuerāt eteīn
sacerdotes a ꝯcilio destinati i loco

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

remotiore. magiſter vero militum
aliam acceperat manſionem. Por
ro ſtephanus tunc antiochenus
epūs cū aliis tyrannicis coopera
toribus nauim naufragio prepa
rabat. cū quibus aſſertores dog
matū ec̄ctoꝝ variis nitebantur ab
ſorbere calūniis. Horum itaq; erat
dux quidā iuuenis nomine ona
ger cū aſperitate veniens ꝛ iniqua
conuerſatione congaudens. qui
non ſolū in plateis diuerſos affi
ciebat ꝛ fuſtibus lacerabat: ſꝫ eti
am domos impudenter inuadens
viros ac mulieres honeſtiſſimas
abſtrahebat. Et ne longius eius
extendā calliditatē contra optios
viros ꝑparatā narrabo preſūpti
onem. Is enim onager ad qūdā
domū fornicariā veniens. ait qſ
dam nuper veniſſe peregrinos ꝛ no
ctem habere neceſſariā meretricē.
Porro ſumens quindecim indiſci
plinatoꝝ ꝛ eos i vicino epōꝝ me
tatu celans perexit cum meretrice
ad ianuā vbi illi viri quieſcebant.
eamq; aptam inueniens pſuaſit
vni pueroꝝ pecunia data vt muli
erem introduceret intra ianuam
quā ipſe monſtrabat. vbi quippe
vterq; ſacerdotū dormire videbat
eamq; mulierē interius precepit
accedere. ipſe vero vocaturus ſoci
os eſt egreſſus. Contigerat enim
vnum ſeniorē epm eufratam no
mine in loco exteriore dormire. Vi
centius āt ſic enim dicebatur. alē
in interiori cubiculo quieſcebat.
Cumq; intra hoſtium puella veiſ
ſet ſonum pedum eufrata cognoſ
cens dum eſſet obſcurum quis ā
bularet interrogauerūt. Illa vero
loquente. conturbatus eufratas
demonemq; putans eſſe mulieris
imitatū vocē. repente ſaluatorem
xp̄m ad ſuum inuocauit auxiliū
Onager āt dux iniquitatis hui᷒.
hoc facto cū ſociis eſt ingreſſus
iniquos clamitans eos. ꝛ iniqta
tis iudices deſtinatos. Multo cla
more facto. concurrerunt ꝛ ſerui.
Surrexitq; vincētius ꝛ claudentes
ianuā domus. vii. quidem calūni
atorum cōprehendere potuerunt.
Onager vero cū reliquis fugit. De
tenta tamen eſt cū illis ꝛ mulier
Diluculo autē magiſtrū militū q̄
cū illis venerat excitantes ad pa
laciū ꝓceſſerūt ꝛ preſumpcōnes
ſtephani ꝓclamabāt. dicētes iā
non egere iudicio neq; verberibus
iniquitates eius. Magiſter vero
milicie precipue dānabat rogās
vt inferret imperator non ſynodi
ce ſꝫ iudicialiē poti᷒ iniquā exami
nare preſūptionē. ꝓmittēs ſe pri
mū epōꝝ clericos traditurū ꝛ o
portere etiā miniſtros ſtephani
ita contradi. ¶ Cumq; ille impu
denter contenderet dicens clericos
non ſubdendos eſſe verberib᷒ pla
cuit ꝛ imperatori ꝛ iudicibus vt
intra palatium cauſe proueniret
examinatio. Et primum quidem i
terrogauere mulierem. quis eam
ad metatum duxiſſet epiſcoporū
Que dixit quendam iuuenem ad
ſe veniſſe ꝛ aduentum indicaſſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

peregrinorum et quib' opus habē
rent et quia veſpere veniens duxiſ
ſet eam ad habitaculū quoddā
eamq; intra domus ianuā et por
ticum introire preceperit. Adiecit
etiam inquiſitionem epi et terrorē
factum. et orationem eius et ſupue
nientium repentinas inuaſiones.
Hec iudices agnoſcentes. captū
inter alios iuuenem ad mediū
deduxerunt. Qui non expectās ne
ceſſitatem verberum machinatū
conſilium patefecit et onagrū hec
omnia ꝑpetraſſe confeſſus eſt.
Qui deductus ad mediū Stepha
num dixit hec omnia precepiſſe.
Sic ergo Stephani cognoſcentes
iniquitatem. preſentibus tunc e
piſcopis permiſerunt vt eū dam
narent et ab eccleſia procul expul
ſus eſt. non tamen ab arriana pe
ſte eccleſia liberata eſt. Nam leon
tius poſt eū ordinatur epiſcop'
genere phrigio voluntate nequiſ
ſimus. verum conſtantius ea que
contra epiſcopos fuerant machi
nata experimēto cognoſcēs ſcrip
ſit athanaſio maximo et ſemel et
ſecundo et .iij. inuitans vt a parti
bus remearet heſperijs ſicut litte
ris ipſis indicatur.

Exemplar imperatoris conſtā
tij ad athanaſiū epiſcopum.

Socrates.

Conſtantius victor augu
ſt'. athanaſio epiſcopo
Plurimum te circūferri et
fluctuari ferocibus maris vndis
noſtre manſuetudinis clemētia
nō permiſit. Patria quippe terra
nudatum et priuatum proprijs rē
bus. errantemq; ꝑ loca inuia be
ſtiarum. in deſerta noſtra pietas
non deſpexit. Ideoq; igitur diu di
ſtuli ſcribere voluntatis mee ꝓpoſi
tū ſperans ſponte te ad nos forte
venturum. et laboris ſatiſfactionē
a nobis exigere. Verumtamen q̄
niam forte timor impedivit volun
tatis tue propoſitum litteras lar
gitate pleniſſimas ad tuam beati
tudinē deſtinauimus. vt ſine me
tu noſtris aſpectibus velociter tu
am preſentiam prebere feſtines. q̄
tenus deſiderio tuo potitus experi
aris noſtram clementiam in pro
prijs ꝯſtitutus. Hac etenim cauſa
dominum et fratrem meum cōſtā
tem. victorem auguſtum pro te
rogaui vt tibi poteſtatem ad nos
tribuat remedi quatenus vt am
bobus nobis annuentibus reſti
tutus ī propria habeas maximū
gratie noſtre pignus.

Exemplar epiſtole ſecunde cō
ſtantij impeātoris ad athanaſiū

Capitulū. xxvij.

Conſtantius victor augu
ſtus athanaſio epiſcopo
Licet ꝑoribus litteris ſig
nificauerimus quatenus ſine ſol
licitudie ad nrm̄ ꝯſpectum venire comi
tatum eo ꝙ maxime velim' te ad
propria deſtinare tamen et nunc

has litteras ad tuam direximus
ſanctitatez ꝑ quas inuitamus vt
ſine aliqua icredulitate vel metu
aſcendens publicis vehiculis ad
nos venire feſtines vt que deſideras
poſſis adipiſci.

Exemplar epl'e tercie ꝯſtantij
impatoris ad anathaſium.

Capitulū. xxviij.

Conſtantius victor augu
ſtus athanaſio epo. Dū
in ediſſa degeim⁹. pn̄tib⁹
preſbiteris tuis placuit vt ad te
deſtinatis p̄ſbiteris ad nr̄m debu
iſſes feſtinare comitatū. quatin⁹
videns nr̄os aſpectus r̄pente ꝓpe
rares ad alexandriā. Sz qm̄ pluri
mū p̄terijt ex quo ſuſcipiēs a no
bis litteras nō occurriſti ꝓpterea
etiā nūc cōmonere te feſtinam⁹
vt vel nūc tuam preſentiam nob̄
velociter pn̄tare contendas. et ita
potis patrie tue r̄ſtitui. tuaqꝫ ſecu
rus oracōne frui. Ad plenaz vero
cognicōem achitū dyacone deſti
nauimus a quo poſſis agnoſcēe
noſtri animi voluntatez et ea q̄ op
tas poteris impetrare. Has epi
ſtolas i aquileia ſuſcipiēs atha
naſius. illic enim relicta ſardica
morabatur. mox r̄currit ad romā
et oſtendens litteras iulio epiſco
po in maximo gaudio fecit eē ec
cleſiam romanam. Putabatur ei
etiam orientis impātor eoꝝ fidei
conſētire eo ꝙ ad ſe athanaſiū fi
ducialiter euocaret. Julius autē
in alexandria clericis atqꝫ plebi
hec de athanaſio ſcripta direxit.

Capitulū. xxix.

Julius archiepus preſbiteris et
dyaconibus et plebi habitantib⁹
alexandria dilectiſſimis fratrib⁹
in domino ſalutez. Congaudeo vo
bis et ego dilectiſſimi fratres qm̄
fructum veſtre fidei āte oculos iā
videtis. Hoc etem̄ vere geſtum q̄
libet inſpiciet i fratre et coepiſco
po noſtro athanaſio quez ꝓpter
puritatem fue vite et veſtras orati
ones reſtituit vobis deus. Ex hoc
itaqꝫ creditur puras et caritate ple
nas orationes veſtras aſcendiſſe
ſemper ad deum. Memores enim
eſtis promiſſionum celeſtium ꝗ
ex doctrina predicti fratris mei a
thanaſij didiciſtis et integrū cog
nouiſtis ſcdm inſitam vobis fidez
quā accepiſtis. qm̄ non vſqꝫ ad fi
nez is a vobis poſſit abdūci cui⁹
orationes in ſāctiſſimis animab⁹
veſtris tanꝗ preſētis ſemper ha
buiſtis Ergo non plurimis mihi
verbis op⁹ eſt vobis ſcribere Que
cumqꝫ em̄ vobis a me potuerint
dici. hec iam fides veſtra preceſſit
et diuina gratia communis orati
onis veſtre vota compleuit. Cōgau
deo ſiquidez vobis iterum enim di
co congaudeo. quoniā inexpug
natas animas in fide ſeruaſtis.

Sed etiam ipſi fratri meo atha
naſio non minus congaudeo. qꝛ
licet multam paſſus ſit triſticiaz
neqꝫ vna hora veſtri deſiderij et ca
ritatis oblitus eſt Nam licet corpe

ad tempus ſit a vobis abſtract⁹
tamen ſpū vobiſcum degere ſemp
videbatur. Et ego quidem kmi frē
tres omnem tēptationem ↄtra e
um ſurgentem. reor ſine gloria nō
fuiſſe. Nā ⁊ veſtra ⁊ eius fides ↄg
nita eſt vniuerſis ⁊ comprobata
Si ei nō tanta ⁊ talia ꝑuemiſſent
quis crederet quia aut nos tale iu
dicium tantamqꝫ caritatem circa
talem exhibuiſtis epiſcopum q̄
ille potuiſſet tantis circūdari vˀtu
tibus. p quas ſpe celeſti frauda
tus non eſt. Promeruit igitur q̄
libet modo ⁊ nunc ⁊ in futuro eti
am confeſſionis glorioſum mar
tiriū. Frequenter enim terra mal
qꝫ plurimum eſtuatus omnem p̄
uitatem arriane hereſeos cōculca
uit ⁊ crebro p inuidiaꝫ vſqꝫ ad pe
riculum impulſus cōtempſit mor
tē munit⁹ omnipotente deo ⁊ dn̄o
iheſu chriſto ſaluatore noſtro ſpe
rans inimicicias declinare. ⁊ cōſo
lacōni veſtre reſtitui deferens vob
maiora trophea ei fortiſſima cōſci
entia pro quibus ⁊ vſqꝫ ad termi
nos terre totius apparuit glorio
ſus fiduciaꝫ itaqꝫ habens ſui ꝓpo
ſiti celeſtiſqꝫ doctrine. clarificat⁹ i
mortali iudicō vobis reuertitur di
rigendus Igitur apud vos clarior
nunc eſt. q̄m tunc quando profe
ctus a vobis eſt. Nam ſi materias
precioſas id eſt aurum atqꝫ argē
tum ad purgandum ignis ꝓbat.
quid dignum dici poterit de tali
tantoqꝫ viro qui cuꝫ tantas tribu
lationes ⁊ pericula deuiciſſet. red

ditur nunc immaculatus. non a
vobis ſolummodo: ſꝫ comproba
tus ab omni concilio. Suſcipite
ſiquidem nunc fratres kariſſimi
cum omni diuina gratia paſtorē
veſtrum ac preſulem tanq̄m vere
athanaſium cum hijs qui tantis
laboribus eius participes ſunt ef
fecti ⁊ gaudete fruentes oracōnib⁹
qui paſtorem veſtrum vt ita di
cam eſuritis atqꝫ ſititis. quando
etiam ipſi veſtram ſanctitatem ſa
lutaribus ſcripturis cibaſtis atqꝫ
potaſtis. Nam cum degeret in pe
regrinis. vos ei conſolatio fuiſtis
⁊ in perſecutione atqꝫ periculis re
fouiſtis eum fideliſſimis veſtris a
nimabus ⁊ mentibus. Ego ſiqui
dem iam exulto. conſiderans ⁊ ra
cionem proſpiciens in eius reuer
ſione vniuſcuiuſqꝫ veſtrum gau
dium ⁊ plebis votiuas occurſio
nes ⁊ concurrentium glorioſam
feſtiuitatem. Et qualis ille vobis
erit dies ⁊ quantus remeante ſci
licet fratre meo ⁊ quieſcētib⁹ pri
ſcis malis. quorundaꝫ machina
tiones arcetis. necnon ⁊ precioſa
ac votiua reuerſione cunctos in q̄
dam pleniſſimi gaudij leticia co
pulantes. Huiuſmodi vero gau
dium vſqꝫ ad nos magnitudinē
ſua pertingit. quibus diuinitus
etiam hoc conſtat eſſe conceſſuꝫ
quatenus ⁊ nos debeam⁹ ad lau
dem tanti viri conſurgere. Sed
melius eſt vt epiſtolam oracōne
claudamus. Deus omnipotens
⁊ eius vnigenitus fili⁹ domin⁹ ⁊

ſaluator noſter iheſus chriſtus.
hoc gaudium nobis prebeat men
num. dignum tribuens p̄mium
admirabili veſtre fidei quā c̄ca pō
tificem veſtrum glorioſo teſtimo
nio demonſtraſtis vt ⁊ vos qui vo
biſcum ſunt hic ⁊ in futuro meli
ora poſſideatis. que nec oculus vi
dit nec auris audiuit nec ī cor ho
minis aſcenderūt que preparauit
deus diligentibus ſe ꝑ dn̄z noſtꝝ
iheſum chriſtum ꝑ quem ⁊ cū q̄
omnipotenti deo gloria in ſecula
ſeculorum Amen. Valete vos op
to kariſſimi fratres.

Capitulum. xxx.

His itaqꝫ litteris confidēs
athanaſius ad orientem
venit. Quez conſtantin⁹
imperator non tunc moleſte ſuſce
pit ſed eum circumuenirē tempta
bat molitione ſummiſſus arria
noꝝ ⁊ dixit ad eum. Sedem equi
dem tuaz decreto concilij nobiſqꝫ
conſencientibus recepiſti. ſꝫ quia
ſunt aliqui in alexandria populi
tuam declinantes communionez
vnam eos in ciuitatem eccleſiam
habere permitte. Ad hanc ꝓpoſiti
onem athanaſius mox occurrit
⁊ ait. O īperator ꝑtātem hn̄s in te
re ſimul ⁊ agere quecūqꝫ volueris
ſꝫ etiā ego bn̄ficium a te depoſco
qd̄ mihi concedi precor. Principe
vo cōtinuo ſe daturū eſſe ꝓnunci
ante. repente ſubiunxit athanaſi
us idem beneficium ſibi petēs lar
giri qd̄ querebat impātor accipe
re. Vnam enim ⁊ ipſe eccleſiā po
ſtulabat dari per ſingulas ciuita
tes declinantibus arrianorum cō
munionem. Igitur athanaſij ſē
tentiam vtilez ſimul cognoſcētes
arriani. hoc quidē differendū eſſe
dixerūt ⁊ agendū qd̄ placeret im
patori qꝫ īperator paulo ⁊ atha
naſio ⁊ marcello. aſclepa. gazio.
⁊ lucio adrianopoleos. ſcd̄m ea q̄
ī concilio ſardiceno placuerunt
proprias reſtituerat ſedes Vnde
principalia ſacra per ſingulas ci
uitates ad eoꝝ mittebantur ec
cleſias quibus videbatur vt eos
ſpente ſuſciperent. Igitur in ancy
ra expulſo baſilio ⁊ pro eo intro
ducto marcello nō fortuita turba
prouenit que derogationem con
traria ſapientibus irrogauit As
clepam vero continuo gazei ſuſce
perint in conſtantinopolitana ci
uitate macedonius ad modicum
tempus paulo ſucceſſit. apud ſe
metipſum in eccleſia remota colle
ctōnes agens ꝓ athanaſio tamē
ſolo impātor epiſcopis ⁊ clericis
atqꝫ plebi ſcripſit vt eum libenter
ſuſciperent inſuper etiam que con
tra eum in iudicijs acta fuerant
alijs litteris aboleri iuſſit Que ve
ro de ambobus rebus ſcripta ſūt
hec eſſe noſcuntur.

Epiſtola pro athanaſio epiſ
copo conſtantij ſcripta in alexā
dria egipto epiſcopis eccleſie.

Socrates.

Capitulum. xxxi.

Victor cōſtātius maxim⁹ pi⁹
epiſ ⁊ p̄ſbris catholice eccle

Reuerendiſſimꝰ athanaſiꝰ epiſco
pus non eſt grã dei derelictus Nã
licet breui tempore humana fue
rit ſummiſſus. tamen debitã pro
uidentie vniuerſa pſpicientis noſ
citur ſuſcepiſſe decretum. recipiẽs
voluntate dei nr̃o q₃ iudicio patri
am ſuam pariter ⁊ eccleſiam cuiꝰ
õmo nutu pſul extabat Huic enĩ
⁊ conſequenter oportebat nr̃am
adeſſe manſuetudinem. quatenꝰ
omnia aduerſus eum ⁊ eiꝰ cõmu
nicatores definita omiſſq₃ ſuſpicõ
⁊ illuſio contra eos geſta de cete
ro ſit inanis ⁊ vacua ⁊ releuatio
quã dudũ clerici eius habuerit
competenter firma pmaneat. Sed
etiam hoc eius gratie adiciendũ
eſſe cenſuimus quatenꝰ omnes
ſacri ordis cognoſcant conceſſuz
omnibus ſibi adiunctis vt ſine ti
more ſint ſiue epiſcopi. ſiue clerici
Sufficit enim vnicuiq₃ circa eum
meliori iudicio atq₃ parte conſti
tuto qui eius eligũt cõmunionẽ
hoc omĩs precipimus ad inſtar p̃
cedentis prouidentie etiam nũc vo
luntate dei noſtre grẽ largitates
adipiſci

Alia epiſtola eiuſdem impera
toris conſtantij pro athanaſio.

Capitulum. xxxij.

Victor conſtãtius maximꝰ
pius populo alexãdrino
ecclie catholice in omnibꝰ
phibentes noſtre equitatis intẽti
onem ſcientes q₃ qm̃ diu prouidẽ
tia veſtri contẽplatoris eſtis alie
nati id eſt athanaſij pontificis q̃
propter inſectatiõ rectitudinẽ ſu
orũq₃ morum probitatem cũctis
innotuit. eum denuo ad vos deſti
nare cenſuimus Hunc itaq₃ ↄſue
te ⁊ cõpetenter ſuſcipiẽtes ⁊ apḋ
clementem deum adiutoriũ ora
tionum habentes vobis congruũ
congruam ſimul ⁊ nobis placitã
concordiam atq₃ pacem ſcḋm ec
cleſie ſanctionem vbiq₃ probate.
ſufficienter feſtinate ſeruare. Nõ
enim rationabile eſt aliquaz diſ
cordiam aut inter vos agitari cu
multum noſtrorum temporũ diſ
cipline contrarium. ⁊ hoc quidez
abeſſe a vobis omnino volumus.
Orationibus autem ſufficienter
eo ſcilicet preſule atq₃ adiutore a
pud deum vos inſtare ſollemnĩt
admonemus. quatenus tali pro
poſito ad omnium vota perueniẽ
te etiam gentiles ydolorum erro
ri hactenꝰ ſeruientes ad cognicõ
nem ſacre religionis ſub alacrita
te feſtinent. O cariſſimi nobis a
lexandrini rurſus igitur admone
mus vt in hijs que dicta ſunt per
ſiſtatis. ⁊ omnes epiſcopum de
creta per nos noſtraq₃ ſententia
deſtinatum libenter ⁊ pie ſuſcipi
atis ⁊ toto animo totaq₃ volunta
te amplectendum exiſtimetis.
Hoc enim ⁊ vos decet. ⁊ noſtre
manſuetudini noſcitur conueni
te Vt autem omnis turbe ⁊ ſe
ditionis occaſio perimatur iudi
cibus apud vos habitis litteris
noſtris precipimus. quatenus
oẽs quos ſeditioſos agnouerit

legittime vidicte ſubijciant. Vtr̄
q̄ʒ igitur pſpicientes ⁊ noſtram
cum deo ſententiam ⁊ rationem ꝓ
feſſionis veſtre. necnon ⁊ ſupplici
um contra ſediciosos indictū cō
petenter ⁊ cōgrue ſacre religionis
iura ſeruate. predictūq̄ʒ deo ama
bilem viruʒ omni reuerentia ⁊ ho
nore colite ⁊ orationes vna cū eo
pro vobis ipſis ⁊ noſtre fauore vi
te omniuʒ ſaluatori deo letāt offerte

Exemplar epiſtole impatoris
conſtantij pro athanaſio epiſco
po aboleri intens que contra eū
ſunt geſta.

Capitulum. xxxiij.

Victor conſtantius augu
ſtus neſtorio ſalutem.
Eadem forma preſidibus
auguſtalibus nicee thebaidis ⁊
lybie ſcriptum eſt. Q̄d cumq̄ʒ du
dum ad leſioneʒ ⁊ iniuriaʒ atha
naſio epiſcopo cōmunicantium ē
peritur actum. hoc nunc aboleri p̄
cipim⁹. Nam ⁊ miniſteriū quo p̄
uati fuerant eius clerici eoſdem
rurſus volum⁹ optineri. Hanc ita
q̄ʒ precepcōneʒ noſtrā ſeruari cen
ſuim⁹ quatenus athanaſio epiſ
copo ſue eccleſie reſtituto cōmuni
catores eius habeant miniſteriuʒ
q̄d ſemp habuerūt q̄d etiam reli
qui clerici habere noſcuntur. ⁊ ip
ſi gaudio potiantur.

Capitulum. xxxiiij.

Tantis ⁊ talib⁹ epl̄is mu
nitus ſanctiſſimus atha
naſius ꝑ ſyriā aggreſſus
venit i paleſtinaʒ āpprehendenſq̄ʒ
iheroſolimam ⁊ epō maximo ino
teſcens geſta ſardicenī ↄcilij ⁊ q̄
conſtantius imperator illoruʒ de
creto iudicioq̄ʒ conſenſerat ppa
rauit vt epiſcoporum illic habitā
tium ſynodus ageretur. Maxim⁹
aūt in nullo ſegnis de ſiria epiſco
pos factoq̄ʒ cōcilio reſtituit vt ip
ſe beato athanaſio cōmunioneʒ
⁊ dignitatem ſcripſitq̄ʒ etiam ip
ſa ſinodus alexandrini s ⁊ omni
bus in egipto ⁊ libijs epiſcopis
clericis atq̄ʒ plebi ea que de atha
naſio geſta atq̄ʒ decreta ſunt. Ob
q̄m rem valde maximo detraxerē
athanaſij derogatores epiſcopi
quoniam primitus deponens eū
rurſus ex penitentia tamq̄ȝ nichil
fuiſſet actū ſentētiaʒ pro ath ana
ſio protulit. que cōmunionem ei
dignitatemq̄ʒ pferret. Hec agnoſ
centes vrſatius ⁊ valens qui circa
arrianum dogma ſtudium primi
tus ardenter habuerant declinā
tes a priori voluntate romam pro
fecti ſunt. libellumq̄ʒ penitentie in
tio offerentes epiſcopo ⁊ inconſb
ſtancialitatis conſenſere ſermo
ne ⁊ litteras athanaſio dixerunt
ſeq̄ʒ ei de cetero cōmunicarē profeſ
ſi ſunt. Sic itaq̄ʒ tunc vrſatius ge
ſtis athanaſij ſuperati cōuerſi ſūt.
Athanaſius ergo per peluſiuʒ p
gebat ad alexandriam. Tranſi
ens autem per ciuitateʒ edocebat
vt arrianos vniuerſi declinarent
⁊ conſubſtantialitatis dogma cō
plecterentur. In q̄buſdam ecclijs



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ ordinationes fecit ⁊ hoc ipſū fuit
initium alterius querele aduerſus
eum · quia in alioꝝ eccleſijs ordina
re preſūpſit. Hec itaqꝫ de athana
ſio prouenerūt.

## Capitulū · xxxv ·

Interea reſpublicā fortuitis caſibꝰ
vrgebatur Unde que fūt capitula
ria non eſt incongruū breuiter ex
plicare. Igitur quia edificatore cō
ſtātinopolitane ciuitatis morientẽ.
tres eius filij imperiū ſuſceperunt.
in precedētibus eſt narratum. Sci
endū autem quia cū iſtis imparaũ
it cōſobrinꝰ eorum nomine dal
macius: vocabulū patris habens
Qui dum paululum imparaſſet ·
a militibus interemptus ē · non iu
bente cōſtātio vt perimeretur · nō ta
men ꝓhibente · Dum vero cōſtātinꝰ
iunior fratris partes inuaderet · et
ipſe a militibus cōgreſſione facta
peremptus eſt. Hoc autē iam ſepe
dictum eſt. Poſt mortem vero con
ſtātini iunioris perſicū cōtra roma
nos motum eſt bellū: in quo cōſtā
tius ꝓficere nō valebat · Nam duꝫ
nocte preliū circa fines romanoꝝ
atqꝫ perſarum fuiſſet geſtū validi
ores tūc pſe ad breue tempꝰ inuē
ti ſūt · Quo tempoē neqꝫ chriſtiani
ſub quiete degebāt · ſed per athā
naſiū de cōſubſtātialitatis vbo circa
eccl̃ias erat pugna.

## Sozomenus ·

Deniqꝫ apud antiochiam nō
concordabāt in ꝓfeſſione ſua
clerus ⁊ populus · ſed ⁊ per choros
vt eſt cōſuetudo ad ymnos dicē
dos dō in fine pſalmoꝝ monſtra
bant ꝓpriā voluntateꝫ · Et hij qui
dē patri ⁊ filio ſicut equi honoris
gloriam dicebāt · Hij vero patri p
interpoſitionē propoſitiōnis filiū
ſcd̃m eē monſtrātes · Hijs ita ge
ſtis herens quid ageret leoncius
qui illo tempoē ex hereſi aduerſa
ſedem ātiothie gubernabat · dum
prohibere nō preſumeret eos qui
ſcd̃m tradicionē niceni cōcilij pſal
lerent dō · quia metuebat ne ſedi
cio naſceretur in populo · hoc dixiſ
ſe fertur tangēs caput ſuum · iam
canum hoc inquit niue ſoluto in
lutum congeretur immēſum · per
hoc oſtēdens quia ſe defūcto ſedi
cionem populo generaret illa di
ſcordia que in ymnis fiebat · nō
paciētibus ſuis ſucceſſoribus cuꝫ
populi varietate ſentire · Athana
ſius igitur veniens ad egyptum
innotuit ſynodales epiſtolas iulij
romani pontificis · inſuper et ſyno
dalem maximi ierosolimitani q̄
talia cōtinere dinoſcitur ·

## Capitulū · xxxvi ·

Ancta ſynodus ierosoli
mis cōgregata per egyp
tum lybiam ⁊ alexandri
am conſtitutis preſbiteris · dyacō

nibus ⁊ plebi fratribus deſiderã
tiſſimis in domino ſalutem. Cun
ctorũ creatori digne gracias age
re nõ valemus fratres kariſſimi:
in quibus enim miracula ſemper
egit. etiã modo cum eccleſia veſtrã
fecit paſtorem veſtrum ⁊ dominũ
ↄſacerdotemq3 noſtrum athana
ſium vobis ſua pietate reſtituens
Quis enim aliquãdo ſperauit ocu
lis carnalibus intueri que nũc ⁊
nos ⁊ vos inſpicimus reſpiciẽtes
quem videre deſiderãſtis. Sed vere
oraciones veſtre a deo omniũ ſũt
audite: qui curaȝ habet ſue eccle
ſie ⁊ veſtras lacrimas atq3 gemi
tus ſemper inſpexit. Quapropter
veſtrẽs audiuit preces. eratis enĩ
ſicut oues abiecte ⁊ fatigate ñ ha
bentes quippe paſtorem. propte
rea viſitauit vos celitus paſtore ve
rus ⁊ de proprijs ouibus curã ge
rens reſtituit vobis queȝ noſtũni
mi ↄcupiſſe. Ecce enim ⁊ nos ⁊ om
nia ꝑ eccleſiaſtica pace facientes
veſtreq3 dilectioni conſpirantes:
in eius amplexu preceſſim⁹ et cõ
municantes ei per eum vobis allo
quimur. ſcriptaq3 preſencia deſti
namus. Itaq3 ſcd̃m gratifica vo
ta veſtra. ſcitote nos quoq3 cũ eo
vinculo caritatis obſtrictos. De
betis ergo etiam pro pietate deo
amabilium imperatorum noſtro
rum inceſſanter orare. quoniam ⁊
ipſi cognoſcentes veſtrum deſide
rium vobis reſtituere deſtinarunt
Omni ergo honore tenſis manib3
ſuſcipientes illum gratificas ora
ciones offerte deo qui vobis talia
condonauit. Feſtinate ſiquidem
ſemper in deo gaudere ⁊ glorifica
re dominum: per queȝ ⁊ cum quo
patri gloia in ſecula ſeculorum a
men. Agnouit arrij ſectatores ⁊
depoſuit. Quibus a ſe depoſitis ec
cleſias eorum precepit fideȝ tene
re niceni concilij. eamq3 ſũmo ſtu
dio cuſtodiri.

## Socrates.

## Capitulũ. xxxvij.

Sic itaq3 ſe rebus habenti
bus magnencius tyran
nus circa partes emerſit
heſperias. qui conſtantem impera
torem occidentalium patruũ facto
dolo dolo circa gallias interemit.
Quo geſto inteſtinum inflãmatuȝ
eſt bellum. Magnentius etenĩ ty
rannus cunctam tenebat ytaliã
affricamq3 ⁊ lybiam. ſimul ⁊ gal
lias. In illirico vero et ſyrmio ali
ud rurſus a militibus excitatum
eſt bellum per tyrãnum nomine
brittaniõem. ſed etiam tumult⁹
non fortuitus detinebat. Fratrue
lis nanq3 conſtantini nepocian⁹
nomine imperium aſſumpſerat ⁊
monachorum virtute ſuffultus.
Et nepocianum quidem magnen
cij milites depoſuerũt. Magnen
cius autem procedens vniuerſas
partes vaſtabat heſperie. Horuȝ
igit̃ oim̃ imenſa ↄfluxio tempore
generata ẽ. Quarto enĩ ãno poſt

ſardicenſe cōcilium hec acta noſ
cuntur ↄſulatu ſergij ꝛ nigriani·
Hijs itaqꝫ nuncijs apparebat: ꝙ
ad cōſtantiuꝫ ſoluꝫ imperij iura ꝑ
uenissent Quo prouectu cōtra ty
rannos ſemetipſū quo poterat ꝑ
parabat·

Capitulum·xxxviij·

Aduerſarij ſiquidez atha
naſij oportunū ſe temp⁹
inueniſſe iudicantes rur
ſus abuſus eos machinabantur
Tūc impatori ↄſtantio ſuggeſſe
rūt ꝙ omnē egiptū ſubuertiſſet ꝛ
lybiā· Inuidiā vo maxime auxit
ei eo ꝙ ordinacōes in parochijs
feciſſet alienis· Athanaſi⁹ inť ea
dū veniſſet ad alexādriā ſynodū
egiptiorū cōgregauit epōꝝ q̇ cōſo
na decreuerūt ſardiceno ↄcilio at
qꝫ ijeroſolimis celebrato· Conſtā
ti⁹ igitur imperator dudū ꝛ ipſe ar
rianorꝫ ſecta ꝑoccupat⁹· oīa que
paulo ante placuerant in ↄtrari
um demutauit· Et primū quidē ec
cleſie ↄſtantinopolitane pōtificeꝫ
paulū deportari iuſſit exilio Queꝫ
deducentes ī cōcuſſu armenie ſuf
focauerunt Marcello aūt denuo ꝓie
cto eccłiam ancyranam baſilius
rurſus iuaſit· Lucius āt adriano
poleos ferro vinctus in carcere mo
ritur tantūqꝫ valuerūt que de atha
naſio dicebanť vt immenſū furo
rem cadens iperator eū vbicūqꝫ re
periretur inberet occidi cū quo the
odolum ꝛ olimpium preſules ec
cleſiarum tracenſiū· Igitur atha
naſium imperatoris voluntas nō
latuit ſꝫ preſentiēs fuga dilapſus
eſt ꝛ minas principis declinauit·
Cuius fugam prodiderūt arriani
precipue narciſſus nerodianis e
piſcopus georgius laodice ꝛ leō
tius tunc antiochene preſul eccle
ſie Is enī cum preſbiter eſſet dig
nitate priuatus eſt quia cum mu
liere cuſtodia nomine· degens ꝛ
turpem ſuſpicionem celarē volens
genitalia ſibimet noſcitur abſci
diſſe ꝛ de cetero quidem fiduciali
ter cum muliere viuebat· Poſtea
vero ſtudio impatoris conſtātij
in antiochena eccleſia ordinatē e
piſcopus poſt ſtephanum qui ꝑ
mitus ſucceſſerat· Placite hec igi
tur de hijs dicta ſufficiant·

Capitulū·xxxix·

Eo tempore cōſtantinopo
lim macedonius tenebat
eccleſias paulo ·ſ· ampu
tato predicto modo· Qui de impa
tore preſumens chriſtianis com
mouit bellum· ꝛ non minus q̄m
ꝙ tiranni eo tempore faciebant·
Suadens enim imperatori vt ei
eccleſias vaſtanti ferret auxiliuꝫ
egit vt lege firmarentur quecum
qꝫ peſſime agere nitebatur Nunc
ens enim ſemetipſum monaſte
rijs plurimis que ipſe propria vo
luntate in conſtantinopolitana
vrbe conſtituit· ꝛ pactis epiſco
porum in circuitu poſitorum fre
quenter dicitur afflixiſſe· pauli
dogmata ſapientis· Et primuꝫ q̄
dem eos ex eccleſijs expulit deinde
vero communicare ſibi coegit ita

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et plurimi plagarum immanitate
deficerent. alij vero ſubſtantijs. a
lij humana ciuilitate priuarent.
alijs i frontibus caracteres pone
rentur vt eſſent huiuſmodi ſigno
notati Hec itaq; faciebant p oēs
orientis vrbes precipue tamē con
ſtantinopoli. Quā pſecucōnem p̄
mo tardantez macedonius auxit
ep̄s helladice vero ciuitates yllirici
necnō et heſperie partes mane
bant immote

Explicit liber hyſtorie eccl'aſti
ce. iiij.

Incipiunt capitula. i.

QVia defuncto cōſtante fra
tre
ſuus arriani conſtantiū adū
ſus athanaſiū icitauerūt ij.
Quid athanaſius in ſatiſfactione
ſue fuge retulerit. iij.
Quid rurſus athana. de geſtis ge
orgij i lib. de fuga ſua ētulerit iiij.
Quemadmodū brittannio ſit p̄
uatus imperio v.
De gallo ceſare et de ſigno crucis
qd tūc in eccl'a apparuit. vi.
De fotino hereſiarcha eiuſq; dā
natione. vij.
Fides expoſita ſyrmio cū capitu
lis ſubiectis. viij.
Alia fides expoſita ſyrmio et de
diſputatione fotini ix.
De oſio hiſpano. xi.
De magnentio tyranno et de tirā
nide ſilua ni. xij.
De reſultacōe iudeoꝝ et tyranni p
empcōne. xiij.
De iuliano ceſare et quia iulio ſuc
ceſſit liberius. xiiij.
De aetio heretico. xv.
De inimicis athanaſij. xvi.
De ſynodo apud mediolanū fa
cta xvij.
De exilio ep̄oꝝ orthodoxoꝝq; qd
athanaſius i fuge ſue ſatiſfactio
ne conſcripſit xviij.
Dialogus intra liberium et cōſtāti
um geſtus. et quomodo liberius exi
lio fuerit deſtinatus. xix.
Quomō liberius p aditionem ro
manorū ab exilio ſit reductus xx.
Quomō eudoxius antiochenū vi
ſurpauit epatum. xx.
De ariminēſi cōcilio et de cōtencōi
bus ibi factis. xxi.
Epiſtola cōcilij ariminenſis ad i
patorem conſtantium xxij.
Epiſtola cōſtantij ad ariminenſe
concilium. xxiij.
Ep'la ariminenſis cōcilij ad impa
torem cōſtantium xxiiij.
Quia diſcedētibus ep̄is fuerit cōſtā
tius indignatus. xxv.
De ſynodo in nichea trachie cele
brata xxvi.
Quomodo athanaſius furorē de
nuo cōſtantij declinauit xxvij.
Quomodo paganis inſultantibus
futurā triſticiā pphetauit. xxviij
Que mala p georgiū in alexādria
geſta ſunt. xxix.
Littere damaſii ceteroꝝ ad illiri
cū contra cōcilium in nicea trachie
factum xxx.
Ex litteris athanaſij de ariminen
ſi concilio. xxxi.
Que mala macedonius in cōſtātino
politana vrbe cōmiſit et quia poſt hec

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf